



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Papuwa ((4))

Gold 1. 16.

COMPENDIATA
HISTORIA
GENTIS SLAVÆ
A. R. D.
GEORGII PAPÁNEK,
PAROCHI OLASZIENSIS, PRESBYTERI
QUINQUE-ECCLESIENSIS,
DE REGNO REGIBUSQUE
SLAVORUM.

QUAM COMPENDIAVIT
A. R. D.
GEORGIUS FÁNDLY
PAROCHUS NAHACZIENSIS, PRESBYTER
ARCHIDIÆCESIS STRIGONIENSIS,
ADNEXIS DISPUTABILIBUS HISTORICIS QUAESTIONIBUS,
ADDITISQUE NOTIS, SIMILES MATERIAS INDICANTI-
BUS, IN VETUSTISSIMO MAGNAE MORAVIAE SITU,

A. R. AC CL. D.
GEORGII SZKLENAR.
PRESBYTERI STRIGONIENSIS,
A. A. L. L. ET PHIL. DOC.,
OLIM IN REGIO POSONIENSI ARCHIGYMNASIO
HUMANIORUM PROFESSORIS PRIMI.

TYRNAVIE, TYPIS WENCESLAI JELINEK,
EXPENSIS D.D. PRAENUMERANTUM, LITERATAE SLA-
VICÆ SOCIETATIS SOCIORUM.

1793.



DOMINI PRÆNUMERANTES

Prænotati pro hac compendiata Historia
in matriculari Districtu literatæ
Slavicæ Societatis.

Tyrauiae.

Reverendissimus D. Simon Fába; Præpositus S.
Stephani Protomartiris de Keö ad Tibiscum, E.
M. S. Cantor & Canonicus, S. S. Canonum
Doctor. Prænumeravit pro sex Exemplaribus.

Reverendissimus D. Joannes Nep. Arady, M. E.
S. Canonicus, Proto-Notarius Apostolicus.

Reverendissimus D. Paulus Beznák de Eadem, E.
M. S. Canonicus.

A. R. D. Andreas Melczer Metr. S. Sedis Strigon.
Notarius.

A. R. D. Carolus Döme, Metr. S. Sedis Strig.
Consistorialis.

A. A. R. R. D. Parochi.

A. R. D. Martinus Palsovich Parochus Breszto-
vanensis. V. Districtus Szomolyanensis V. A.
Diaconus.

A. R. D. Antonius Foriss, Parochus Nadassiensis.

A. R. D. Josephus Ignat. Bajza Pár. A. Dombensis.

A. R. D. Paulus Klainaeder, P. Spaczensis.

A. R. D. Emericus Slovak P. Bogdánoczenis.

A. R. D. Jánnes Zbrankovics, P. Gerencsériensis.

A. R. D. Leopoldus Rumpold, P. Rossindoliensis.

A. R. D. Mathias Csubay, P. Kereszturiensis.

A. R. P. Gregorius Sckarbala, Presbyter A. Diœ-
cesis Strig.

A. A. R. R. D. D. Capellani.

- A. R. D. Antonius Bánik, Capellanus Tyrnaviensis.
A. R. D. Ignatius Lieb, Capellan. Tyrnaviensis.
A. R. D. Joannes Szerzény, Capellan. Levardiensis.
A. R. D. Josephus Turzo, Capell. Cifferiensis.
A. R. D. Stephanus Polák, Capell. Holicsiensis.
A. R. D. Joannes Kanovics, Capell. Majthéniensis.
A. R. D. Josephus Dergovics Capell. Cseithensis.
A. R. D. Mathæus Navráth, Capell. Szénicziensis.
A. R. D. Mathias Hamernik, Capell. O Turensis.
A. R. D. Carolus Trangus } Neo-Præsbyteri
A. R. D. Mathias Kudlatyák } A. D. Strigoni.
A. R. D. Josephus Kubányi }

Plerique accipiunt per duo exemplaria.

Prænotati in Generali Archi-Episcopali Seminario Posonii.

- R. D. Antonius Nemeckay) Theologi
— — Abel Erdöfszky alias Mutnyánski) IV. Anni.
— — Josephus Hornyatcsek)
— — Joannes Hankóczy)
— — Joannes Májer) Theologi
— — Joannes Köntös) II. Anni.
— — Jacobus Mecsánek)
— — Josephus Klinovszky (Theologi
— — Lucas Pinka) I. Anni.
— — Josephus Trajtsik)
— — Stephanus Petrovics) Philosophi
— — Jacobus Gyurcsák) II. Anni.
— — Paulus Chomicsek)

E Sta-

E Statu Sæculari,

Clarissimus ac Perdoctus Demianus Josephus Branischa, A. A. E. L. & Philosophiæ Doctor, in Academia Quinque-Ecclesiensi actualis Professor Matheseos;

Spectabilis D. Joannes Schkál, Cæsareo-Regiæ Saffienensis Cotton Fabricæ Director.

Perillustris ac Gen. D. Andreas Turcsányi, Fragmentarius Sigmondensis.

Perill. ac G. D. Stephanus Fabianovics, de Gilletincs.

Perill. ac G. D. Stephanus Kovács, Provvisor Illmí.

D. Episcopi, ac, L. B. Perényi.

Perillustris ac G. D. Mathias Kruslics. 2. Annot. Juris Patri auditor. Horum quilibet accipit per duo exemplaria.

D. Emericus Seutsik.)

D. Thomas Lieszkovsky) Tyrnavia,

D. Sebastianus Kopcsa)

Prænotati in primo filiali Districtu

N I T T R I Æ,

Reverendissimus D. Antonius Gyattel, Præpositus S. Augustini de Quinque Ecclesiis, Cathedralis Ecclesiæ Nitriensis Cantor & Canonicus, V. Consistorii Præses,

Reverendissimus D. Josephus Nejedli, Abbas B. M. V. de Ivan, Cathedralis Ecclesiæ Nitriensis Canonicus.

Reverendissimus D. Antonius Schafarovics, Cathedralis Ecclesiæ Nitriensis Canonicus, Ecclesiæ Ureghiensis Parochus, & V. Districtus Cathedralis Vice Archi Diaconus.

Reverendissimus D. Alexander Alagovics, Cathedrales Ecclesie Nitriensis Canonicus, S. S. Theologae Doctor Episcopalis Seminarii Nitriensis ad S. Ladislauum Regem, Praefectus, & Theologiae Dogmaticae Professor.

A. R. ac Clarissimus D. Georgius Holli, Theologiae Moralis & Pastoraleis Professor, Almae Diocesis Nitriensis Presbyter.

A. R. D. Andreas Basilides, Cancellariae Episcopalis Archivarius, & S. Sedis Notarius.

A. R. D. Andreas Turzo, Parochus Kolossiensis.

A. R. D. Franciscus Cservenansky Paroch. Tokesujfalvensis.

A. R. D. Carolus Rippel Capellanus Nagy Beliczensis.

A. R. D. Josephus Groo, Capellanus Nagy Borsanyensis.

A. R. D. Josephus Czuk, Chori Ecclesiastici Praebendatus.

Seminarii Episcopalis Nitriensis Alumni.

R. D. Josephus Fodorszky.

— — Vendelius Bednari.

— — Antonius Molnar.

— — Georgius Kulitsai.

— — Joannes Chudi.

— — Joannes Hann.

— — Joannes Sztancsek.

— — Joannes Grznarik.

— — Josephus Kalussai.

— — Samuel Uhrényi.

Peril. ac G. D. Stephanus Haluss, V. Capituli.

Nitriensis Provisor.

Horum aliqui accipiunt per duo exemplaria.

Præ-

Δ
Prænotati in secundo filiali Districtu
in I. Comitatu Threnchinienſi

R O V N E.

Reverendissimus D. Mathæus Trſtensky Ecclesiæ
Trſteneñis Parochus nec non Distric. Superior :
in I. Comitatu Arvensi Vice Archi - Diacon. Pro-
to Notarius Apostolicus. Diœces. Scepusiensis.

A. R. D. Andreas Fedora. V. Districtus Rajecensis
V. A. Diaconus Privilegiati Oppidi Doma-
niss. Parochus.

A.R.D. Martinus Hazucha. V. Districtus Vagy
Besztercensis V. A. Diaconus, & Nominis
eiusdem Privilegiati Oppidi Parochus.

A.R.D. Josephus Ottrokoczy, Parochus Rovnenſis.
A.R.D. Stephanus Bacho, de Dezér, Parochus
Thurzofalvensis.

A.R.D. Joannes Bapt. Finstervalter, Parochus Viszo-
kiensis.

A.R.D. Joannes Evang. Kontél, Paroch. Nemes-
kotessoviensis & V. Districtus Bittcsensis
Secretarius.

A.R.D. Andrea Chabicsovszky, Par. Podszkaien-
sis, ex Districtu Illavensi.

A.R.D. Joannes Nep. Adamovics Parochus Hricso-
viensis.

A.R.D. Josephus Komloſsy, Parochus Kollarovi-
cziensis.

A.R.D. Josephus Roboffik, Parochus Petrovicensis.

A.R.D. Stephanus Marcis, Parochus Uj Beszter-
censis.

A. A. R. R. D. D. Capellani.

A. R. D. Josephus Seutsik, Capellanus Rovnenſis,
in hoc filiali Districtu, prænumerationis
Collector. A. R.

- A. R. D. Casparus Rumpel, Capell. Thurzofalvensis.
 — — Antonius Dzian, Capell. Bossaczensis.
 — — Georgius Marciss, Capell. Marikoviensis.
 — — Georgius Borcsányi, Capell. Puchoviensis.
 — — Daniel Grotofszky Eccl. Trsztenensis Capell. Diæc. Scepusien.
 — — Petrus Benedictus Lieszkovsky E. C. M. C. D. Diæces. Scepus.

E Statu Sæculari.

- Spectabilis ac Perill. D. Antonius Fabrinyi, I. Dominii Ózor Inspector actualis ordinarius.
 Perillustris ac Gen. D. Ignatius Seutsik. I. Dominii Bittcsa, Provisor.
 Perillustris ac Gen. D. Georgius Intibus, I. Dominii Bittcsa gremialis Officialis, & Csaczenis Fru-
mentarius.
 Perillustris ac Gen. D. Georgius Závodszky de Eadem, I. Dominii Bittcsa gremialis Officialis, &
Thurzofalvensis Spanus.
 Perillustris ac Gen. D. Michaël Szentál, I. Dominii Bittcsa gremialis Officialis ac Spanus.
 Perillustris D. Michaël Dluholuczky de eadem I. Cottus. Arvensis Geometra.
 G. D. Joannes Grotovszky Incola Jablonkensis.
 In hoc filiali Districtu omnes (quia sunt tam in
hac Prænumeratione, quam in aliis, nostræ lite-
ratæ societatis conatibus, præ cæteris diligentio-
res) accipiunt per duo exemplaria.

DE-



DEDICATIO:

Quoniam meus calamus nullum hac
tenus habuit Mecænatem, sed potius
multos persecutores; ideo tibi Inclita
Slavica Natio istud opus humillime do,
dono, dico, dedico. Memineris, omni ho-
minum generi naturalem esse illum instin-
ctum, ut semper suam gentem foveat,
protegat: quem instinctum etiam tu in
te nunc sentis & externe manifestas,
dum tuum proprium modernum hono-

) (a rem

rem animose tueris, sectando litterato-^F
rum vestigia (si ausim dicere) duce,
non meo tenui, sed A. R. Domini
ANTONII BERNOLÁK calamo : qui
præscribendo nostræ linguae & stylo
sapientes regulas, cultiorem nobis lit-
teraturam plantavit, quam ego meo
rurali rivulo (libro œconomico) ali-
quantulum rigavi. Deus jam feliciter
exurgenti initiale incrementum dedit:
reliquum tu gloria Natio supple,
quantum in te est (est autem pluri-
mum, quod ad tuam gloriam addi po-
test), pro innato tibi orga litterarum
studia fervore, præter fundamentales
regulas, a memorato Auctore traditas.
Hunc librum fervide lege, ac in illo tu-
orum Majorum laudabilia merita arden-
ter fove, protege, & defende, tuisque
Successoribus, erudiendi & excolendi
animi causa, legenda propone, dicendo
cum Horatio. Posteri, hæc exemplaria
nocturna versate manu, versate diurna.

Præ-

Præprimis autem vos, in nostra
litterata exurgente Slavica societate,
jam ingremiati, amantes litterarum,
plus præ cæteris eruditæ Socii, tam ad
hunc meum laborem, quam ad Majorum
vestrorum heroicos actus, & simul ad
vestrum, ad vestræ charæ Patriæ ho-
norem defendendum, facile sumetis a-
nimos, si magni Ciceronis effatum (Lib.
I. Off.) attente perpenderitis. Non so-
lum nobis nati sumus, ortūs cum nostri
partem patria vendicat, partem amici,
quorum beneficiis obnoxii maxime su-
mus, tum etiam Majorum nostrorum
illustrium virorum exemplo, qui pro
ingenij magnitudine, scientiarum om-
nium præstantia, & reipublicæ guber-
nandæ gloria, patriam nostram, varias
excoluere per artes. Excolitis vos men-
tem vestram variis laudabilibus Scien-
tiis, quarum fundamenta sunt leges na-
turales, positivæ divinæ, ac leges po-
liticæ; hæ omnes dictant vobis insti-
tuta ad bene, beatèque vivendum: ve-

rum,

6

rum, lectio & cognitio historica, vobis quasdam faces & stimulos accendet ad virtutes sera memoria dignas; historia enim est ad erudiendos homines, velut speculum antiquitatis. Hinc est, quod multi doctissimi viri, parentem virtutis, & bonae vitae magistram, historiam appellaverint; tantam certe vim affert rerum olim gestarum memoria, ut summos saepe viros imitentur historiarum lectores, auditoresque, quae memoria, utrisque istis, admirabilem in Foro auctoritatem, in Curia summam fidem, exoperatur, & in Regni Comitiis ad justitiam, legesque dictandas, ad zeloze defendendam patriam & plebem, planam viam suppeditat.

Sumeite ergo animos litterati Socii! Vobis summæ laudi cedet, si sciveritis, coram ignorantibus & eruditis prudenter differere: qui Duces Ethnici ante Christum natum, Slavos regebant? qui? & a quo tempore? quamdiu Chri-

Christiano - Catholici Reges Slavis dominabantur ante Hungaricos in moderna Hungaria ? magnam vobis admirationem conciliabit historica narratio ad has sequentes positas Quæstiones : qui erant limites antiqui Regni Slavorum ? quæ illius facies hujus ævi ? quæ prima Origo ? quæ Dialectus ? qualia antiqua nomina Slavorum ? quanto salutarior est Catholica Religio dannando Ethnicismo , tanto glorioius vobis cedet , habere notitiam vetusti Slavorum Ethnicismi , & moderni Christianismi ; & quemadmodum Regum Slavorum (præcipue laudabilis Svatoplugi) memoria , apud seram posteritatem in benedictione est , ita vestra historica notitia apud nostros posteros , per sæcula laudabiliter perennabit ; quam , ut tanto facilius vobis comparetis , post principalia vestri Status studia , Majorum vestrorum gloria acta in historiis legit , & quæ bona legeritis ; etiam imitemini , ex hac utraque causa , nempe :

ut

ut vobis ad talem lectionem & imitationem stimulus addam, vestris oculis præprimis, vestræ vigilantiæ & defensioni hocce opus

LVbens D. D. D. anno, qVo LItteratâ
sLaVa soCIetas eXVreXIt.

Vestri commodi studiosus
humilissimus servus
G. F.

AMICA ALLOCUTIO

AD LECTOREM

A. R. D. FANDLY.

Si quis nostro in opere quidpiam offendisse tibi videbere, quod virgulam mereatur; scilicet: quod errore hominis obrepserit, quod minus accurate explanetur; quod Anachronismo obnoxium esse putas; TE oro atque obsecro, ut interpretare benignius, aut tute ipse corrige, aut pro tua honestate nos commonefacito, aut si veriora, si magis evidentia teneas, ad rei litterariz incrementum ac pleniorum antiquitatis notitiam haud nos cela, aliosque sciendi percupidos. Ita *Josephus Innocentius Deferitius, Cler. Reg. Schol. Piar.* in primo Tomo suorum Commentariorum — Etiam in Dissertatione Apologetica, qua amico^s aliquitur **GEORGIUM PRAY S. G.**

Nil moramur virulentas calumniantium oblocutiones, provocamus ad opera — — Plura non addo. TU interim, Candide Lector, huncce

laborem nostrum equi bonique consule, eoque,
si lubet & vacat, Sospes fruere. Magnum erit
impensi temporis, sudorisque levamen, tibi ali-
quatenus placuisse. *Ita Reverendissimus Dominus*
GEORGIUS JOSEPHUS ab EGGS — —
in suo Pontificio Docto.

An ego Papanekium Szklenario, aut hunc
illi opponere, aut, an utrumque conciliare in-
tenderim, pérlecto diligenter isto opúsculo, vati-
cinaberis chare LECTOR, si pérpenderis dictum Cle-
mentis Alexandrini (L. I. Stromatum) : "Tempore
ac labore exulta veritas elucefecit, præsertim, si
accedat commodus aliquis — Adjutor." In qui-
bus a me citatis, sibi oppositis, hactenus litigio-
sis, non fueris satis illuminatus, in illis cogita
dictum Cl. Szklenarii, quod hic Lib. I. Cap. III.
§. II. de talibus dixit & scripsit, qui contra Sla-
vos calatum strinxerunt : "Id quidem ivisse con-
vulsum multos eruditorum, non nescio, nec
nostrum est lites tantas componere, præsertim,
quod eas haud posse componi, censeant viri eru-
ditione conspicui, & studia partium procul ha-
bentes," — De quibus autem Te una, hujus
opusculi currens perlectio clare non convicerit
(quod fieri solet), habe me excusatum sequenti
Proemio.

Proe-

PROEMIUM

ADM. REVER. AC CLARIS. DOMINI

PAPÁNEK.

*P*auca te in vestibulo monitum velim Amicē Lector. Illud te scire cupio: mentis meae nunquam fuisse, omnium eorum memoriam hæc in folia cogere, quæ retro actis Sæculis gens Slavonica egit: quod, ut opus longe maximum foret, ita ab eo nemo exiget, qui quotidianis curis parochialibus disserens, non nisi per brevia temporis intervalla se historicis potest commodare. Quamquam hæc fufius runcinnabo, dum

Anas

*Annales Sacro-profanos publico commisero. Il-
la solum hic pauca ex innumeris actis Slavo-
rum memoro, quæ in memoriam de Slavis fa-
bulose scribentibus, sermonesque infacunde se-
rentibus revocanda necessario censebam. Quod
non ego genti Slavonicæ ab ea remotissimus
complacere querens. Minus, quia Patriæ in-
discretus amator forem; non enim ubi nascor,
sed ubi pascor, Patria mibi est. Non nego
me nativitate Slavum, sed noveris educatione
Germanum, nobilitate Hungarum, actuali of-
ficio curæ animarum, Illyrum esse. Quare
desine mirari Candide, & Benevole Lector!
quid me inflammaverit ad prisci ævi acta Sla-
vorum in vulgus danda, & ad quod me provo-
cari cernis, est amor veritatis bistoricæ, odium-
que fabularum, quæ sub larva certitudinis cir-
cumferuntur, scribunturque de Slavis; non enim
alia de causa labore, nisi, ut veritas in profun-
do demersa aliquando lucem aspiciat.*

*Porro, quod ad instituti praesentis mate-
riam pertractandam animum meum, cogita-
tionemque applicuit, illud in emolumento scien-
tiae*

tie historicæ præcipuum erat; tractare enim memoratu digna gesta Slavorum volenti, necessum fuit cognoscere monumenta litteris tradita Imperii Romani, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ, Hungariæ, Moscovie, Russie, Poloniae, Bohemiæ, Germaniæ, aliaque, in quæ influunt.

Denique cum nil reperiam aptius ad delectandum animum meum studio, cum sacrum, tum profanarum rerum historicarum, ut lucri facerem omne a curis parochialibus vacans momentum, in hoc suavissimam animi voluptatem, omni alio seposito oblectamento, nocte, dieque capere constitui.

Si quæ ullius gentis, aut ævi historia ad Posteriorum memoriam transmitti meretur, ea est projectio Sclavonicæ gentis, que ab exilibus principiis orta, in validissimam Nationem excrescens late circumquaque orientis, & occidentis populos, in jus suum ita traduxit, ut a primæva illa feritate ad meliorem Cultum translata, Græcam, Latinamque Ecclesiam tota
erbe

orbe diffusam, in se una videatur complecti.
Quis enim putasset e media inter Volgam, &
Borysthenem Vastissima illa Hyperborea re-
gione, quam Scythiam Veteres appellant, den-
sissimis quondam non minus ethnicæ supersticio-
nis, quam barbaricæ feritatis tenebris gentem
post tot Sæcula involutam, surecturam, qua-
dum in penitiores Byzantini, atque Germanici
Imperii partes invadens, eas, deletis, aut in
Captivitatem abductis Incolis, occupat, adspi-
rante demum Divini Numinis gratia inverte-
ratam ævo armorumque potentia suffultam
superstitutionem excuteret, everteret, deleret, &
quam prius totis viribus exagitabat, Christianæ
fidei colla submitteret. Nimirum, ut tanta
molis Conatus non in irritum cederet, sed ut
felicem sortiretur effectum (ut id de Slavis
cum Simonio Aßmanno dicam, quod in sacris
litteris Genesis cap. 12. de Abrahamo Hebreo-
rum Patriarcha scriptum legitur) necesse fuit
egredi Slavos de terra sua, & de domo Pa-
trum suorum, & venire in terram, quam
DEUS illis præparaverat: ut vero faceret
illos **DEUS** in gentem magnam, & benedi-

K ceret eis, & magnificaret nomen eorum; in id Summi Pontifices Nicolaus, Hadrianus, Joannes, Innocentius, aliique operam suam, & studium impenderunt: qui missis doctrina, ac pietate præstantissimis Legatis, scriptisque nervosissimis epistolis, Orthodoxa fide imbuendos curarunt, & ut patet, id est Slavonico sermone in divinis celebrandis uti possent, benigne concesserunt.

Dam igitur rerum apud Slavos gestarum monumenta e tenebris errata colligere, & expolire pro viribus conor, si quid benevole Letor inter ea in cultum, obscurumque invenies, id non mibi, verum iis, a quibus ego edoctus sum, adscribes. Si quando a recentioribus magnæ eruditionis, ac famæ viris dissentio, tunc non adversarios convincere quero, sed veritatem invenire contendeo, non respondet mibi ubique ad spem eventus, iis ipsis in locis coeuctione, in quibus alios parum arbitror perspicaces. Opto redargui, & cupio refelli, nam a S. Cypriano didici a). Non vincimur, quando offe-

run-

a) Epistola 7ima ad QUINTUM,

runtur nobis meliora, sed instruimur. Amicus
veritatis non gravate feram, si quando repre-
bendar, enixus diligentissime, nequid excilleret
duriori animadversione dignum.

Fateor, me non ubique æquali stylo scri-
bere: diversitas Authorum peperit diversitatem
sententiarum & verborum. Tu interea Candi-
de, & Benevole Lector! descriptione hac Re-
gni Slavonici utaris feliciter, & contra male-
volos calumniatores forti, & intrepido animo
defende. Vale, quisquis legere non dedignari,
atque æqui, bonique consule.



CA:



CAPUT I.

SLAVORUM DUCES

ANTE CHRISTUM NATUM ANNIS

QUADRINGENTIS.

I. Moravinus. II. Piramnis. III. A-
rionistus. IV. Cimerius. V. Nasiva. VI.
Ingevon.

A TEMPORE CHRISTI SLAVOS

REGEBANT REGES:

I. Marobodus sub Augusto & Tiberio
Cæfare. II. Gotvalda. III. Vannius. IV.
Vangius. V. Cimber. VI. Thudrus. VII.
Verabertus. VIII. Gunthericus. IX. Ar-
dericus. X. Ferimundus. XI. Osinuchus.
XII. Gabinus. XIII. Percha. XIV. Fri-
degildus. XV. Rosemundus I. Christiano-

A

Cæ-

Catholicus, Fritigil ejus Confessor plenam Doctrinam Christianam a S. Ambrofio Ecclesiae doctore accepit. XVI. Chunqimundus. XVII. Marothus seu Marovodus. XVIII. Babak, sub hoc Slavi nomen Marcomanni exuerunt. XIX. Samo. XX. Marothus. XXI. Svates. XXII. Samomirus. XXIII. Samoslaus. XXIV. Lechus. XXV. Hormidorus. XXVI. Mogemirus I. XXVII. Brynno, seu Brennius, aliis Privina. XXVIII. Mogemirus II. XXIX. Radislaus, seu Rasticen. XXX. Svatoplugus. XXXI. Swatobogius, seniora senum consilia velut alter Roboam spernens, Regnum vicinis potentiss tradere debuit, pars enim vicinior se ultrò fidei, ac tutelæ Bohemiae Ducis Wladislai Primi, pars trans Moravam circa Vagum, & fluvium Granum Hungarum, septemtrionalis Polonis, ultra Tejam Austriae submisit. A tempore hujus divisionis Slavi Cis-danubiani juribus Hungariae gaudent. Vitâ decadente Swatobogio, ultimo Slavorum Rege, Regnum Hungariae conflatum est ex Dacia Cis- & Trans-tibiscana, ex parte Regni Slavonici a fluvio Morava usque Granum, ex Pannonia prima & secunda, seu ex moderna superiore, & inferiore Trans-danubiana Hungaria.

CA-

CAPUT II.

De SLAVI NOMINIS ETYMOLOGIA.

Variant Authores Etymologiam Slavi nominis enucleantes, quorum sententias promere non erit inutile, ut cernatur, quot exteri, linguæ, populique hujus insufficien-tem notitiam habentes de Etymologia nominis dubie certent. De Slavis, eorumque Etymologia multa videre licet in annalibus Arabicis, Persicis, ac Turcicis; tam Michol-dus, quam Abulpheda Slavos a Japheto Noemi filio genus duxisse tradunt. Slavi nomen non oriri a vocabulo Slava, sed ab Arabicā voce Seclaba, quod Seclaba per corruptionem linguæ derivatum est in Sclaba. Sclaba, & Slava, gensque tota appellata est Slava. Seclaba (scribunt Arabicā annales) fuit primus Parens, Duxque gentis Seclabice, seu Slavonicæ, a quo tota generatio nomen accepit. Seclabos seu Sla-vos ad Istrum habitasse ajunt, quo trajecto multis ad Danubium manentibus eam regio-nem, quam nunc Slavoniam dicimus, inclo-luisse, plurimos in Hyeperboreis montibus permanuisse. Aliud nomen habent apud Ara-bes Slavi, seu Slovaci, aliud vero Illi-ri, Dalmatae, Croatæ, Sclavi. Priores no-minantur Seclabi, seu Slavi, posteriores

Zingi, seu Illiri, Dalmatæ Sclavi. Vide annales Arabicos. Unde Slavos quondam eosdem fuisse cum Sclavis, Dalmatis, Illiris, Croatis antiqua promunt Scripta.

Slavorum nomen nunc ad servitutem significandam a Germanis traducitur, quod ortum fuerit ex eo, quia servitute duriore premerentur ob suam pertinaciam. Processu enim temporis (observat Huffmannus) illud gentis Slavicæ nomen a gloria & fama derivatum, ad servitutem postea, & infamiam traductum, pro mancípio, seu servo usurpari cœpit in Germania propter suam pertinaciam, quum servitus publico decreto abolita fuisset, soli Sclavi, gravi servitutis jugo victi a Romanis, multisque aliis devastati premebantur. Unde Sclavos Germani mancipia appellarunt. Indeque ortum est, ut Germani omnem populum cujuscunque gentis, & nationis, servitutis jugo subjectum, Sclavum nominarent. Procopius Cæsariensis, & Jornandes de rebus Get. Etymologiam nominis Slavi a Slava seu gloria derivant. Consuetudo gentis id dictere videtur, dum præcipuis suis viris, quos honorare cupit, SLAWNÍ PAN, id est gloriosus Dominus, nomen attribuit. Duces suos baptizabant BOHUSLAW, id est, Deum glorificans; WACSLAW, plus glorificans; PRIBISLAW, in DEI gloria crescens; WRATISLAW, gloriam DEI reddens.

Joannes Petrus Kohlius in historia Codicis Sacri Slavonici impressa Altonaviæ anno 1729. p. 13. Ex Etymologia vocis veritas judicanda est, optima autem est a Slavonico vocabulo *Slava*, gloria, derivato, quam Slavi Scriptores agnoscunt. Porro idem Kohlius p. 7. Longissime, si quæ alia, Slavonica gens, linguaque patet, a *Slava* derivata. Nec ea tantum, quæ in notissimo illo, quod Romano Imperio subest, Slavoniæ Regno sedem, domiciliumque habet natio, verum omnes etiam genere, linguaque cognati populi, cuiusmodi sunt: Bohemi, Poloni, Hungariæ Slavi, Russi, Dalmatæ, Croatæ &c. Kadlubek Vincentius Episcopus Cracoviensis in historia Poloniæ: Ab antiquo Slavi Scytharum, Sarmatarumque nomine apud Romanos notabantur, qui Sæculo quinto & sexto per plures famosas viatorias Romanis belle innotuere, cumque gens se idiomate proprio gloriosam, id est *Slavna*, vocaret, a Latinis successu temporis latinisato vocabulo *SLAVNI NAROD*, gens *Slava* dicta est. Hoffmannus ex Cromero de origine, & rebus gestis Polonorum: Nominis origo *Slava*, quod famam, seu gloriam genti notat, quam illa rebus magnis, & præclaris contra Romanos, ac finitimos quoque cuncte gestis comparavit.

Kul.

Kulcinius in appendice ad specimen Ecclesiæ Slavonicæ Romæ 1734. p. 101. Quamvis gentibus Sarmatis late per orbem diffusis diversa fuerint cognomenta, mores varii, animique discordes, imo & linguæ ejusdem confusiones multiplices; ubi tamen eadem gentes Sarmaticæ sub communi Slavorum nomine a Slava, id est, gloria derivato armis, & potentia excellere coepserunt, facile quoque in unius linguæ dialecton consenserunt, qui vix aliquantum alii cubi diverso nunc utuntur Bohemi, Moravi, Poloni, Russi, Bulgari, Rasciani, Croatae, Dalmatae, Vandali, Moscovitæ &c. Slavi Etymologiam deducit a Slava, seu gloria Æneas Sylvius L. de Bohemorum gestis: Simonius Assemannus, Jornandes, Dlugossus, seu Joannes Longinus Canonicus Cracoviensis, Helmoldus Præsbyter Bosoviensis in Chronicis Slavorum, Sigismundus Herberstein de Bohemia & Polonia, Pessina, Lazius, Jordan, Dubravius, Hajek, aliique.

Slavi vocabulum Romanis usque Sæculum sextum ignotum traditur, quod facile evenire potuit, cum (si a Slava, seu gloria deductum est) usque illud ævum magna gloria, famaque digna cum Romanis armorum certamina non contulerint; circa Sæculi quinti, & sexti decursum crebrius atrocis belli turbine vicinas quasque gentes di-

dire vexantes, universo quaqua versus, sub nomine Scytharum, & Sarmatarum innouere mundo, sæpenumero gloria ab hostibus palma eis concessa, Slavni sua dialecto se nuncupabant, seu latino idiomate gloriosos appellabant. Unde sequitur, Scriptores de Slavis ante Sæculum sextum scribentes, non agere male, vel sine fundamento, & absque veritate, ut vult eos egisse Salagius a). Non enim hî ita latuere in Septemtrionalibus respectu Romanorum terris, ut ad nullam notitiam pervenire potuerint, tametsi non fuerint dicti, gens gloriofa, seu NAROD SLAVNI, aut SLAVA, fuere tamen Sarmatarum, Scytharumque vocabulo ab antiquo noti, ut refert Procopius Scriptor Græcus, cui jam qua gloriofi, seu Slavni innouere: Slavos ab antiquo septemtrionales coluisse partes; qui Sæculo sexto non potuisset loqui, quod jam ab antiquo noti fuerint, si a multis abinde Sæculis in Græcorum Romanorumque ignoratione versati fuissent. Quare non est ratio Scriptores prisca Slavorum monumenta e tenebris cruentis, commenti arguendi.

Dum ante Sæcula septendecim acta memorabilia Slavorum chartis mandantur, non sequitur figmentum esse ex eo; quia non
men

a) L. 2. de initiis religionis Christianæ in Pannobia cap. 4. pag. 89.

men Slavi eo tum ignotum fertur: Etsi nil egerint sub nomine Slavi, quod eis non tribuebatur, cum adhuc gloriosi a Marte non viserentur, victoriisque bellicis non floruerint: verum sub aliis nominibus veniebant, ut testatur Joannes Aventinus Bajariæ in Abensberg, seu Aventini natus anno 1466. Annal. Bajorum Lib. 2. Pag. 126. N. 10. ubi Ptolomæum refert scribere de Slavis —: Omnes gentes ab Illirici limite usque in Galliam contra Romanos conspirarunt, Marcomanni — Quadi — quibus auxiliares fuerunt Slavorum nationes, quorum hæc sunt nomina: Buri, Hiri, Hali, Sulii, Jaziges, Guthones, Vandali, Sarmatae, Roxolani, Bastarnæ, Alani, Peucini, Sicabotes, Saboci, Cystaboci. Historici priscorum Slavorum gesta litteris confignantes, non ideo Slavos eos nominant, quia jam primis Saeculis sub eadem nomenclatione venissent, verum ut distinctæ posteritati prodant, neque confundant nationem hanc cum aliis, omissis antiquis appellationibus, Slavam dicunt, ut clare cognoscatur, de qua gente scribant. Si enim de Slavis sermocinarentur sub nomine Scytharum, Sarmatarum, Lectorem dubium redderent, cuius gentis acta publicis momentis memoriæ, posteritatique mandent, quia apud multos Scriptores legere est Sarmatas, Scythesque fuisse dictos Slavos, Germanos, Hungaros

ros, Turcas hodiernos. Nec mirum tantas gentes nomine Scytharum venisse, cum Adventinus referat Annalium Bajorum c. 4. p. 9. Omnem gentem fuisse Scytharum, quæ caseo & lacte visitabat. Bogufal cum Bzovio in Annalibus Russicis Slavi nomenclationem docet oriri a Slovo, id est, verbo. Quod genti huic attributum fuisse videtur, ob elegantiam, copiam, svavitatemque verborum in sua dialecto, atque ex Slovo, id est, verbo derivatum Slovak, seu eloquens, inde vero a Latinis Slavos nuncupatos.

Slavis ad distinctionem populi variæ, distinctæque denominations datæ sunt, jam a fluviis, jam a Principibus. Moravi sunt Slavi ad fluvium Moravam degentes, Hannatæ terram fluvio Hanna madentem incolentes, Poloni a campo, vel planicie, slavonice POLE nuncupato, Polaci seu Poloni dicuntur; Czechi a Principe suo Czecho, Russi a fluvio Rha nomen derivant, qui a Russis, Turcisque Rus dicitur, Dalmatae, Croatæ ab ipso Regno a Romanis ita nominato, quas terras dum Slavi occupassent, Regnis nomenclationes antiquas permisere. Croatia ante adventum Slavorum, ut ait Thomas Archidiaconus p. 7. de Croatia: Curetia vocabatur, populusque Curetes, ex Curetia facile exurrexit Croatia. In quæstionem quidam vocant, cur Hungariæ Slavæ

vis nomen Slovak adhæserit, & non a fluvio Vago, vel Grano, ut Moravis, Hannatis, Russisque, denominatio cesserit? Quibus respondet Dalimil Moravus Canonicus Vetero-Boleslaviensis: His Hungariæ incolis merito adhæsisse nomen Slovak, cum præcipue hi linguam Slavonicam videantur retinuisse, atque cultissime loqui adlaborent, qui non obstante commixtione populi, post Regni sui abolitionem nihil in Slavonismo suo ab aliis nationibus participant, verum penes genuinum idioma Slavonicum hodie-dum manent.

Hi Slavi superioris Cis-danubianæ Hungariæ incolæ olim unum Regnum cum Moravis, & Hannatis effecerunt, vieti per Arnulphum Cæsarem, Alemannos, Bohemos, Francos, Pannones, Hungaros, Polonos, qui eos unitis viribus omnibus ex partibus ad semel armata manu aggressi sunt, viceruntque. A fluvio Morava usque Granum Hungariæ subiecti sunt, a dialecto, & nomine Slavi nunquam recefferunt. Multæ Slavorum Familiæ Hungariæ ingremiatæ, ab Hungariæ Regibus nobilitatis prærogativa ornatæ sunt, quas inde a temporibus Geyzæ Principis, Genitoris S. Stephani Regis Hungariæ, Regiæ Hungariæ Majestates omnibus favoribus, gratiis, ac privilegiis donare dignabantur, & veluti veros S. Co-

ronæ Hungariæ pios, fideles, & humiles subditos sub umbra clementiæ, benignitatisque Regiæ retinere, atque clementissime protegere non detrectarunt. Quare unanimi consensu nihil eis per divisionem Regni sinistri accessisse gratulantur. Imo felicem culpam reputant, qua meriti sunt divisionem Regni sui, cum post abolitionem Regum suorum, pro ethnicis, quales antiqui erant, Sanctos, Deoque Sacratos Reges Hungariæ sint nati. De Moravia varii varia docent. Aventinus L. Annal. Boj. in nomenclatura propriorum nominum, Moraviam deducit a Marc, March, limitem significans, inde Marchios, deinde Moraves, ac Marchgraphos, id est, Marchiones dictos, Praefectos, Ducesque limitis priscam vocasse ætatem.

Wolfgangus Lazius L. de mig. gen. c. de Marcom. & Quadis. Joannes Dubravius Olomucensis Episcopus de Boh. L. 4. Joannes Curæus in annalibus Silesiæ p. 5. Abraham Orteli in theat. orb. Gerardus Mercator in Atl. referunt: Marcomanni ante tempora Julii Cæsaris Primi Romani Imperatoris possidebant terram hodie Moraviam. Marcomani nominabant a germanico vocabulo Markmann, successu temporis per contractionem fecere Germani Mæhren, quo nomine hodie Germanis Moravia venit. La-

ti-

tini vero ex germanico Mähren derivarunt Moraviam. Alii enim nominabant Moravos Marker, alii Mark-Männer land. Fluvius ab antiquo sub Mark-Mannis nomen agente accepit, non autem gens antiquissima a fluvio. A populo ob confinia Mark-Männer dicto Germani fluvium, ubi confiniorum eorum degebant, vocabant Mark-flus, seu aqua fluens, ubi Mark-menni sedes suas tenuerunt, ex germanico Mark dederunt nomen aquæ March, prout & nunc Germani nominant, alias nationes linguae Germanicæ ignorare, ex March fecere Moravia, siveque fluvius a gente Mark-Männer denominacionem traxit.

CAPUT III.

DE REGNO SLAVORUM E J U S Q U E L I M I T I B U S.

Sicut multis plurima de actis Regum Slavorum ambigua sunt, non minus de limitibus Regni eorum ancipitem sententiam tenent. Ad orientem Slavorum Imperium usque hodiernam Mædaviam pauci scriptis suis extendunt. Alii ad fines Banatus, atque fluvium Maros restringunt. Plures usque littora Tibisci, veriora sectantes, amnem

nem Granum Ipolyque limites ponunt. Meridiem versus somniant quidam Slavorum legibus paruisse, cum primam, tum secundam, atque Savensem cum Valeria Pannoniam, horum sententia rejecta plurimi Danubium dominatui Slavorum metas jecisse scribunt. Praeclari affirmant, brevi aëvo Pannoniam primam a Slavis cultam fuisse. Occasui termini objecti nonnullis pone Rhenum annem videntur, alii Slavos limitibus inferioris Austriae contentos volunt, peritissimi ad Stokravam terminum locant. Extremitatem Septentrioni oppositam scriptores Poloni prope fluvium Vartam, medio Odero cum unda Boberis querunt. Apposite investigarunt, qui potentiam Slavorum penes Scaturinges Svartzæ, Zvitavæ, Moravæ, Oderi, Vistulæque ortum reperere. Sententias authorum videamus de limitibus veteris Slavorum Regni. Velejus Paterculus, Marobuduo fraudi datum, quia descendentibus ab Augusto populis perfugio esset, quod æmulum potius, quam socium pro magnis in eum Augusti meritis Romano se populo exhiberet. Vero proprius est, crescentem Regni potentiam curam Tiberio & solicitudinem acuisse. Nam cum Germaniam ad lœvam, & in fronte Pannoniam ad dextram, & a tergo sedium suarum haberet Noricos, tanquam in omnes venturus ab omnibus timebatur *).

*) Ampliora vide in Cl. Szklenerii, vetutissimo Magnæ Moraviae situ, L. 1.

Katona in Regia Universitate Budensis
 Historiarum Doctor Clarissimus Actualis
 scribit b) verbis Porphyrogeniti ductus
 "Moraviae Princeps c) Sphendoplucus fortis,
 terribilisque populis finitimi fuit, filios ha-
 buit tres, fatis concedens, regionem suam
 in tres partes divisit, filiisque singulis suam
 portionem tradidit. Maximum natu Prin-
 cipem magnum faciens, reliquos vero duos
 sub ejus potestate constituens. Quia nobi-
 lissima Magnae Moraviae portio Pannonia
 fuit *), huic natu maximum filium Svato-
 plugus præfecerit; & hoc adhuc superstite
 dissidia, quorum Constantinus meminit, ex-
 ercta fuerint. Idem laudatus scriptor d)
 meminit: Arpadus — dum vidisset, quod
 undique tutus esset, nec a Patzinacitis ul-
 iam jam periculum impenderet, Danubium
 cum Hungaris transmisit, locumque, qui
 transitum præbuit, Magyár-rév appellavit.
 Erant tunc in Pannonia Moravi, quos,
 quod Imperio Romano jure fiduciario sub-
 jecti fuissent, Anonymus Romanos vocat. //

Scri-

b) In Historia critica primorum Hungariae Ducum
 ad annum 896. pag. 189. c) Id est, Slavorum
 Rex. d) Pag 191.

* Vide A. R. ac Cl. D. Georgii Szklenár vetu-
 sissimum Magnae Moraviae situm Lib. I, Cap. II.
 III, IV,

Scriptorum sententiis relatis de Regno Slavorum, ad profunda aquarum, altissimasque alpes ejusdem Regni stylum vertimus. Quatuor præcipios numerabat fluvios. Danubium, qui reliquos haurit, Moravam, Vagum, Granumque. Minores continebat Rezova voda, Germani Ross-Wach, Tayam, Oslavam, Svitavam, Beczvam, Hannam, Miavam, Malinam, Blavam, Tyrnam, Nitram, Dudvag, Turocz, Gidram, Arvam, fontes Viszulae, Rimam, Ipoly, Dunavetz, Hernad, Sajo, Poprad, Laibitz, ut fluvii, ita præcipui montes Regnum Slavorum insigniunt. Nomen altissimi Tatra, Fatra, Matra.

Tatræ, Germanis Schneeberg dicto, in Comitatu Scepusiensi natura situm tribuit, cujus ad radices Civitas Libera, Regiaque Késmarkinum plantata est. Altitudo ei tanta, ut nubibus prope ipfis coæqua credatur, neque enim humana industria ad culmen perveneris, abundat feris, avibus, cum primis damis, caprisque silvestribus, metallis, item variis gemmis, ac lapidibus magni pretii, quin & adamantibus, utque Inchoferus scribit, carbunculis, quos ævo suo ad Késmarkinum erutos testatur, virgulta ad hæc, floresque nativi auri purissimi ibidem reperire est. Istud denique admirandum: aquas, lacusque ingentes isthic contineri, quo-

quorum indigenæ maximum oculum maris vocitant, naviūmque fragmenta aliquando in eo natantia deprehendunt, id quod illis argumento est, Oceano ipsi cum aquis hisce per meatus subterraneos commercium quoddam esse, inde porro circa regionem Scepusiensem, ac Liptoviensem Poloniam versus, altissimi montes, qui italicas, & quascunque alpes apice vincunt, se se explicant. Niveos sive nivium montes Germani appellant. Slavorum lingua Tartari, atque hinc per contractionem Tatri audiunt, eo, quod Tartariam versus protendantur. Hungari Tarchal, vel communi cum Germanis agnomine alpes nivosas nuncupant. Fatra mons nominis hujus Princeps haud procul Rosenberga sedem obtinet. Pedi montis pagus Nolsova adhæret, hinc pariter producti ultra montes, Fatræ numen conservant, Thurocziensem Provinciam a Liptoviensi dividunt.

Matra ad occasum Gyöngyösino adficit (et si alterum adhuc jugum hoc nomine Lipam inter, & Julam, seu Gyulam assurgere dicatur) auri, & argenti venis cætera inter, quibus abundat, dives. Longior quoque inde montium scena panditur, ut adeo atricollis singuli suo veluti satellitio gaudeant. Matra fortissimi adversus hostes Regni Slayorum in limite constituti castris vices obiabant.

bat. Adjutorio harum alpium Svatoplugus cum Duce Zobor ferocibus Scythis, Araulpho Cæsari adjutorium ferentibus, strenue restitit, præsertim dum ab Arpadi Principis Ducibus Hulek, Zvarda, Cadusa, & Huba fortissimo marte impeteretur. Terram Slavorum montes Carpatici per medium scidere, majori tamen ad occasum, septentrionemve, quam ad Orientem relictæ plaga Carpathus in littore Posoniensi exordia accipit. Geminum ei caput est, ad Dévinium alterum, alterum ad Posonium, sed illud elevatus isto, asperiusque, frons utrique ad Danubium prona meridiei objecta. Inde continuo dorso, &, quo longius recedit, altiore pergit in obliquum septentrionem, jugis pulchra serie, nunc se invicem accipientibus, nunc intersecantibus. Sepem diceres a natura protensam ornandæ, munendæque Hungariæ, nisi ut ultra regionis termini procurrent. Et est sane montium hic ordo, eo jucundiore positu, obtutuque, quo meliori utrinque declivitate mitigatus, læta hinc, atque illinc planicie suffunditur. Qua rectiora sunt latera, Arces ab Oriente, & Occidente infident amœno extra modum spectaculo; reliquum vite vestitum est, & oppidis, viciisque interestinctum. Quod inter utrumque pedem montis interjacet, varie hic in valles deprimitur, adsurgit alibi in juga, alia aliis sublimiora. Sua singulij

B

sunt

sunt nomina, quæ vel a subsitis vicis comunicant, vel a situ, specieve sortiuntur. Densa ubique arbor, & opaci saltus regnant. Quercus hic, fagus alibi, pinuspue cum abiete magnis incrementis proficit. Is cum sit montium habitus, tantum alit ferarum, quantum ne vivaria quidem alibi. In præcipuis cervi sunt, damæque gregatim inerrantes. Sunt & apri magno numero, sævi illi, ac prorsus Sylvestres. Tameſi vero Sylvosi quaquaversus montes sint, habent tamen paſſim calvities, pingui pabulo luxuriantes. Proinde idonei sunt, & pecudi cum fructu aliena, & cogendo fæno. Adde innumeras scaturigines, & perennes rivos, qui hinc, & illinc collecti feruntur per depreſſa valium, dum in planitiem effusi vicos interluant. Vix humilior per juga ſitus eſt, quin ſaluberrimis aquis ſcateat, ſed editiſſima etiam dora, fontes uberes non minus, quam gelidos habere, positionum gnari nos docuerunt. Montium horum Poſonio in Mar- maroſienſem uſquæ plagam una catena eſt. Diversam tamen in locis diversis appellatio- nem sortiuntur; qui Moraviam respiciunt, montes Albi, qui Poloniā Tatri, qui Ruſſiam, Biſſcidii, feu Beszkedi nuncupantur.

CA-

CAPUT IV.

DE

PRIMA ORIGINE SLAVORUM.

De Slavorum, quorum Regni limites posuimus, initiis variant Scriptores; sunt enim, qui ajunt de Slavis, cum in Polonia, Moravia, Bohemia, & Russia angustas haberent sedes, novas in Pannonia quæsiere, indeque in Dalmatiam, & Illiricum percreverunt. Alii vero Slavos scribunt e septentrionalibus ultra Mæotidem paludem in Illiricum advenientes, inde Pannoniam transgressos *), & usque Poloniam, atque Sarmatiam fuisse progressos. Nec defunt, qui Illiris, & Dalmatis nativam esse linguam Slavonicam volunt, adeoque reliquos Slavos Indigenas esse docent. Blondus Forolovensis e) de Slavorum in Dalmatiam, & Istriam invasione scribens refert: "Non omnis gens

B 2

Sla-

*) Lib. 8.

**) Multas Slavicæ nationes cum Atila a Mæotide palude excitas ad utramque Danubii ripam venisse, eruit e vetustissimis monumentis Jordanes in Originibus Slavicis. P. Gelafius. C. Severini. Priscus. Eccardus. In Exercitu Atilæ plurimos fuisse Slavos; argumento sunt multi eruditæ, vix de Szklenár Lib. I. Cap. III. §. II.

Slavorum reliquit primas ad Danubium sedes , qui iidem magnam obtinent partem illius Regionis. Siquidem loquutionis similitudo ac pene proprietas ostendit , eos, qui nunc Poloni, Bohemique dicuntur , ex Slavorum reliquiis fuisse. Incoluerant autem prius terras Vandalorum, Burgundiorumque paulo post patria erant profecti , se Slavos dixerat , quos credendum est , quando ad invadendas Romanorum Provincias sunt profecti , partem gentis in patria reliquisse. Quare Slavi paulo post supervenientes , ita loquutiones commiscuerent , ut ex utraque tertiam effecerint , quæ pro Regionis , & Ducum diversitate , partim Bohemica dicta est. „ Hic Blondus non obscure ostendit , Slavos non esse Vandulos , Vandalorum tamen nomine fuisse appellatos , eo , quod eorum sedes occupaverint , tempus etiam , & locum designant , quo primum , & unde advenient , nempe a Cimerio Bosphoro , ac Tannai , quæ loca Geographi omnes Roxolanis , & Sarmatis attribuunt . Nec omnino dissentit Jornandes f); nam scribit Slavos ad sinistrum latus Sarmaticorum montium , & ab exortu Vistulæ in aquilonem per immensa spatia consedisse , paludes , sylvasque pro civitatibus tenuisse ; Antas vero fortissimos eorum , qui ad Ponticum mare curvantur , a Danubio usque ad Danastrum exten-

f) Cap. 51.

tendi, sive autem Danaaster, ut recte Cromerus observat g), is sit, quem etiam nunc Accolæ Russi, & Valachi Nestrum, sive Dnestrum vocant, & multi Tyram antiquis dictam volunt: sive Boristenes, medii ævi scriptoribus Danabris dictus, ut ipse Jornandes velle videtur: dubium non est, Oram Sarmati Russia contineri: adeoque Slavos e Sarmatia in Vandaliam primum, Saxoniam, & Germaniam advenisse: indeque in Poloniā, Bohemiam, Moraviā *) , Hungariā, ac demum in Dalmatiā, & Illiricū fuisse progressos, quod clarum fit ex dictis Jornandis b). Si originem, mores, linguam Slavorum spectemus, dubitandi nullus relinquitur locus, quin ii in Scythia, & Sarmatia Indigenæ sint, Advenæ vero in Germania, Polonia, Bohemia, Moravia, Illicio, Dalmatia.

Strabo i) de Origine Slavorum scribit eos Scythes fuisse. "Veteres, inquit, Scytharum, & Celto Scytharum nomine affecerunt,

g) Polonicar. rer. Lib. I. Cap. II. b) Cap. 22.

i) Lib. II. Cap. 507.

*) Slavorum tribus sedes suas ad fluvium Bulgariae seu Mæsicæ Moravum figunt. Sklenár Lib. I. Cap. I. §. II. In illis terrarum tractibus originem Moravorum coaluisse, Regnique Moravici fundamenta jacta fuisse. Ibidem §. III. Fuit igitur Moravia Bulgaris vicina, ac proinde in Panonia sita, Szklénár Lib. I. Cap. I. §. XV.

runt, unde Scytharum nomen pluribus populis, qui tamen ejusdem generis non fuerunt, commune fuit, nam quidquid a Vistula flumine ultra Tannaim, & Caucasum, Imaumque montes, & ad ultimas usque sedes fuit, Scythas universim appellavere, arduum omnino fuit dispicere, quid nominatim Slavis, Hunnis, quid aliis itidem congrueret.,, Idem Strabo *k)* hac dispositio-
ne facta scribit: primam portam incolunt septemtrionem versus, & occasum Scythæ, quidam Vagi, & in plaustris degentes *l)*. Ultra Boristenem habitant ultimi notorum Scytharum Roxolani, id est, Russi. Plinius *m)*: Pars Scytharum transfit in Sarmatas, atque Germanos. Procopius de bello Gott. *n)*: Hinc longius Scyti erant Gotti-
ci, & Slavonici populi Scythæ quondam no-
minabantur. Scytharum, Sarmatarumque nomen latissime patens communiter a Geographis bifariam dividi solet, nimirum in Asiaticam, & Europeam. Scythia, sive Sarmatia Europæa incipit a Vistula, & ad Pon-
tum usque supra Danubium profertur, ab ortu terminatur. Tanai fluvio ab occasu Vistula, a mari Svevico, a meridie Dacia, Ponto Euxino, & palude Mæotide: a sep-
tentrione vero Oceano Boreali, seu Sarma-
tico, & Scandinavia.

Sar-

k) Lib. cit. Cap. 492. *l)* Lib. 2. Cap. 114. *m)*
Lib. 4. Cap. 12. *n)* Lib. 4. Cap. 5.

Sarmatia, seu Scythia Asiatica inde incipit, ubi Europaea desinit, nempe a Bosphoro Cimmerio, Mæotide palude, & Tanai fluvio; inter Oceanum vero septentrionalem, ac Pontum Euxinum, mare Hyrcanum, Joxartem fluvium, Indicos montes in extremum Orientem ad Seres usque procurrit. Hinc ad partes tres a Ptolomæo dividitur, quarum citima est a Mæoti, & Tanais ostio ad Caspii maris partem, & flumen Rhanum, Vulga, seu Etel pretenditur. Ptolomæo o) dicta Sarmatia Asiatica a fluvio Rha ad Imai montis juga est, pars altera, quæ vocatur Scythia intra Imaum: & ulterior Scythia extra Imaum montem. Nobis vero nunc Scythia, seu Sarmatia Europaea curæ est, & prima ex tribus Asiaticis, quæ a Tanai ad Vulgam extenditur. Nam intra hos fines suas habuere sedes Slavi populi, quos antiqui Scytharum seu Sarmatarum nomine donarunt. Omissis autem iis, quæ veteres Græci, Latinique de Sarmatis, Scythisve scripferunt, non aliunde eorum origo, quam ex saccis Litteris pertenda: nimirum ex Japheti filiis, filii Patriarchæ Noemi, a Nepotis Gomer, Askenaz, Riphath, Thogarma, Thubal, Mefech, Magog, & Madai, qui primi regiones cis Pontum Euxinum, & mare Caspium incluere, deinde ultra in Septentrionem usque

Vi.

o) Lib, 5. Cap, 9.

Vistulam, & Volgam versus ortum sunt progressi. Visa etymologia Scythiae, Sarmatiæque scriptorum verbis ducti Slavorum originem primam ad Japhet, filiosque ejus refundendam habemus. Disceptent Autographes, nos sufficienter indagantes in originem novimus, Slavos ante multa Sæcula e media inter Volgam, & Borysthenem vastissima illa Hiperboræa regione, quam Scythiam Veteres appellant, densissimo quondam non minus ethnicæ superstitionis, quam barbaricæ feritatis tenebris gentem post tot Sæcula involutam surrexisse, quæ, dum in penitiores Byzantini, atque Germanici Imperii partes invadens, eas, deletis, aut in captivitatem adductis Incolis, occupavit; aspirante demum Divini Numinis gratia inverteratam ævo, armorumque potentia suffulitam superstitionem excusit, evertit, delevit, &, quam prius totis viribus exagitabat, Christianæ Religioni colla submisit, ad Imperii Romani ditiones se dilatavit, viisque persæpe Romanis domicilium in Pannonia, præfertim Savensi, nunc Sclavonia dicta, atque Bulgaria, Dalmatia, Bosnia, Croatia fixit, postea quam jam dudum Germanicæ partes coluissest, ut est moderna Polonia, Bohemia, Moravia.

Sigismundus Liber Baro in Heberstein,
Nayberg, & Guttenberg in Commentario
re-

rerum Moscoviticarum p) scribit, gentem Slavonicam esse ex natione Japhet, atque olim consedisse ad Danubium, ubi nunc Hungaria est *), tandem dispalatam, & per terras dispersam, nomina a locis acceptissse, ntpote Moravię a fluvio, alii Ozechii, hoc est, Bohemi, item Chorvati, Bieli, Serbili, id est, Servii, Corontani dicti, a Valachis expulsi venientes ad Vistulam nomen Lechorum acceperunt. Alii Lituani Mosovienses Pomerani, alii sedentes per Borysphenem, ubi nunc Chiovia est, Poloni dicebantur, alii Drevuliani in nemoribus habitantes, alii inter Drevuliani in nemoribus latitantes, alii inter Dovinam, & Peti, dicti Dregovuici, alii Polentzani ad fluvium Poltę, qui influit Dovinam, alii circa locum Illmen, qui Novocardiam occupaverunt, sibique Principem Gosto Mifsal constituerunt, alii per Desnam, & Sulam fluvios Savueti, seu Sevuerski appellati: alii vero super fontes Volhę, & Borysphenis Chrionitzi nominati: horum Arx, & Caput Smalenfio est. Hac testantur etiam Moscovitarum Annales.

CA-

p) Pag. 2.

*) Vide superiores notas Szklenárii.

CAPUT V.

DE

DIALECTO SLAVONICA.

Non ingratum reor, nec ad dignoscendas melius Slavonicas origines supervacaneum erit laborem hic aliquem, Grammaticalem licet, & quæ adhuc hodie in lingua Slavorum Hungariæ, Moraviæ, Bohemiæ, Poloniæ, Croatiae, Sclavoniae infra Mursam, id est, Eszekenium, aliorumque sit affinitas, adeoque olim viguerit conformitas, per schemata quædam, carptim saltem deducere. Prænotandum primo: lingua Croatica hic ex dialecto civitatis principalis Zagrabiensis (Agram) desumitur, atque illa hodie quoque ibidem ad Dravum, & Savum ita obtinet, ut nullus pagus alia lingua mixtus sit, quamquam in civitatibus aliorum sermonum Incolæ partem constituant. Secundo: Sclavoniae Coloni Illirico idiomate universi utuntur, (paucis Germanis exceptis) quorum cultiores multum cum Slavis Hungariae concordant. Tertio: in Hungaria superiore Comitatus (de vicis & oppidis tenuioribus intelligendo) pure Slavi sunt: Threnci-

ni-

niensis, Arvensis, Turocensis, Liptovien-
sis, Zoliensis, Barsiensis. Comitatus idio-
mate Hungarico mixti: Posoniensis, Ni-
triensis, Comaromiensis, Strigonensis,
Nagy, & Kis-Hontensis, Scepusiensis,
Neogradiensis, Pest, Pilis, Szolt, Gömö-
riensis, Sarosiensis, Aba-Ujvariensis, Tor-
nensis, Borsodieñsis, Hevesiensis, Cson-
gradiensis, Békeiensis, Ughocensis &c.
Quarto: Croatæ litteram H. in fine dictio-
nis semper, in initio vero potissimum ut
ch latinum, & chi elementum Græcum;
in medio autem promiscue ut h, & ch la-
tinum: ch ut tsch Germanicum, & č Bo-
hemicum: g ut Kappa lene: sz ut Lat-
inum, & Germanicum s forte: z ut s lene,
seu Bohemicum z: s ut sch., seu Bohe-
micum ſſ pronunciant.

Quæ inter Slavicas dialectos in idio-
tizmo, & elegantia nativa Matri linguæ
proximior sit, tametsi quæstio durissima sit,
tamen Joannes Christophorus de Jordan.
S. R. Majestatis Hungariæ, & Bohemiæ
Confiliarius Bohemico-aulicus, Libro de
Originibus Slavicis, sectione 57. pagina
127. decidit, atque ait, Hungaro-Slavoni-
cam, seu Hungariæ Slovaconum dialectum
inter omnes ad Slavonicam accedentes,
proximam linguæ Matri esse.

An-

Antequam ad historica revertar , di-
verticulum per schema, in vocabulis , vi-
tium , amictum , & habitationem concer-
nentibus , claudendum duxi.

Schema.

Hungarico-

Slavonice.	Croatice.	Bohemice.	Polonice.
Obilé-Zboží	Sitek	-	Zbze-Obielje
Zito =	Pšenica	-	Pšenica -
Rež,	Hers	-	Res-Zyto
Gacmen	Geczman	-	Gezmin -
Owes	Ovarz	-	Owiiesz -
Grach	Grach	-	Groch -
Bob	Bab	-	Bobr -
Chléb	Kruh-Gléb	Chleb	Chlieb -
Múka	Mooka	Mauka	Maka -
Szati	Oprava	Szatn	Szati -
Plášt	Platy	Plášt	Plasz -
Košela	Kosulya	Košule	Koszula -
Klobuk	Klobur	Klobouk	Kapelus -
Nohawice	Hiacze	Kalhoty	Nogawice
Pančuchi	Hiaczice	Puncochy	Pacechi -
Obuw	Obow	Obůjv	Obowie -
Strewice	Postoli	Střemvce	Strewiki -
Pribitek	Pribivanye	Obýdlj	Prsibitek -
Zeb	Zid	Zeb	Mur -
Dom	Doom	Čhalupa	Dom -
Ziba	Hissa	Swětnice	Zied -
Postel	Postely	Postel	Loze -
Stul	Terpeta	Stulp	Stol -
Lawica	Hlub	Ławice	Lawa -
Mastal	Stala	Marštal	Stoina- Maff-
Pec	Péc	Ramna	Piez (talna.
Owćinec	Ovczarnica	Divčin	Owcsarnia

Non

Non possum me continere , quin hic loci meum propositum non transgrediar, ut intra opus Papanekianum , ad evitandam longam Notam, aliquid ex aliis historicis non interjiciam , interpono aliqua sequendo monitum Josephi Flavii, qui Libro XIV. Cap. I. antiquitatis judaicæ sic monet : *Qui conscribunt historias, & res veteres indicant, oportet eos, propter antiquitatem, narrationi decus imponere, vel explanationi rerum studere, propter legentes, quatenus cum aliqua gratia, vel delectatione, experientiam possint rerum percipere.* Super omnia vero certius, conscriptores debent & veritatem dicere, ut rerum ignari possint credere lectioni. Spero hanc sequentem explanationem, tam nationi , quam & linguæ Slavicæ decus , ac legentibus gratiam & delectationem facturam, quia legentes eam de linguarum analogia, possunt ut veram in experientia concipere , est autem mea explanatio ista :

A. R. ac Cl. D. Szklenár in *vetustissimo Magnæ Moraviae situ* Lib. I. Cap. III. §. II. hæc habet : " Multas Slavicas nationes cum Atila a Mæotide palude excitas, ad utramque Danubii ripam venisse eruit e vetustissimis monumentis Jordanes in originibus Slavicis , ut prima , eaque magna pars ejus operis docet. Ostendit hoc quoque Clarissimus rerum Bohemica-
tum

rum scriptor P. Gelazius in Prodromo, de origine gentis Bohemicæ, ubi plura in hanc rem vetustissima adfert testimonia, Tom. I. Pag. 129. confirmat istud & Cl. Severini in Pannonia, veterum monumentis illustrata, de Alanis agens pag. 211. & in Convent. Hist. pag. 40. Alii passim. Et vero Priscus & Jornandes, cum de Atila, ejusque exercitu agunt, plura referunt vocabula Slavica in eodem exercitu usitata. Hinc adeo Joannes Eccardus vir doctrinæ fortissimus non dubitavit afferre, Hunnos Slavici fuisse generis. Id quidem ivisse convulsum multos eruditorum non nescio, nec nostrum est, lites tantas componere, præsertim, quod eas haud posse componi, censeant viri eruditione conspicui, & studia partium procul habentes: argumento nihilominus sunt, in exercitu Atilæ plurimos fuisse Slavos, cum Hunni in commercium linguæ suæ, Slavica vocabula adoptaverint. Adeo Slavi jam Hunnis, Hungarorum majoribus juncti fuere.

A. R. ac Cl. D. Stephanus Katona, Patriæ historiæ Professor Anno 1774. in Universitate Tyrnaviensi, similibus (ut sequuntur) vocabulis, per Hungaros a Slavis acceptis, etiam a me ex ejus ore auditis, suam explicationem auditoribus illustravit, & confirmavit: *Scol*, *Stúl*, *az Stúl*, *Azatal*;

tal ; Rasa Kássa ; Gántár Gántar ; Potočkowa Patkó ; Bacsora Bocskor ; Tanisträ Tariszna ; Cipaw Cipó ; Massár Mézross ; Snúra Szinyor ; Seno Széna ; Potoč Patak ; Papir Papiroff ; Rachle Kályha ; Widli, Widlicka, Vella, Villa ; Čižma Cizsma ; Sekera Szekercze ; Sláma Szalma ; Glowó Olyom &c. — Pečena Pecse-nye ; Marha Marba vide Szklenár Lib. I. Cap. IV. §. V.

Idem A. R. ac Cl. D. Szklenár L. II. Cap. IV. §. XII. sequentibus veritatem confirmat : "Cyrillus Philosophus gentis Chazaricæ in Religione Christiana institutor primus, Slavicarum gentium dictus Apostolus. Cyrilus hic rogatu gentis Chazaricæ, ab Michaeli Græcorum Imperatore missus, posteaquam linguam eorum condidicisset, Christianam religionem eos edocuit; ab his progreffus ad Bulgaros, tam hos, quam Moravos, a quorum Radislao evocabatur, religiosis principiis, simul Slavicarum litterarum elementis imbuit; Slavica igitur lingua Bulgaris, Slavica Moravis doctrinam Christi exposuit; Slavicam proinde apud Chazaros condidicit. Nam ubi demum gentium, nisi apud Chazaros, accedit, quod hanc linguam usu valuisse apud Chazaros, Constantinus ipse .

" ipse innuit, quum dicit a Cabaris Tur-
 " cos (Hungares q) Chazarorum linguam
 " eductos fuisse, intercessisse autem ingens
 " inter utramque discriminem; ex eo confit,
 " quod mox subjungat, Turcos (Hunga-
 " ros) uti lingua Chazarorum, *alia* item
 " lingua *Turcorum*. Inde adeo Hungari
 " participato a Chazaris, apud quos de-
 " gebant, vocabulo, Boebodum, seu Voie-
 " vodum r) Ducebū helli appellarunt, nam
 " illud vocabulum vel a se, vel a Chaza-
 " ris accepere. Non a se, Slavicū enim
 " est. Igitur a Chazaris, quorum sermone
 " utebantur. Atque hi primi fuere Slavi-
 " ci populi, cum quibus vetustum hospi-
 " tium Ungaris intercessit. Multis ante
 " temporibus, quam Pannoniam attigere,
 " magna amicitiæ vetustate conjuncti fue-
 " re Chazaris Hungari, Cabari erant gen-
 " tiles Chazarorum s). Chazari porro
 " fuere Slavici generis populus —. Jam
 " quod ad originem Chazarorum attinet,
 " Sarmatici eos fuisse generis testatur
 " Theophanes scribens: numerosam Cha-
 za-

q) Hungaros fuisse Turcos appellatos, testatur ini-
 tium præcitatii capitii. r) Boebod, Etteri bogu-
 wat bude w predku; Etteri Bog dā, Waiwod-
 Wodec; Etteri Wognu, Wogsto wede. Inde
 Waiwod, Waiwoda, Wajda. s) Cl. Pray, An-
 nal. Part. III. Pag. 307. Item in Supplem. Dis-
 fert. V, Et alii passim.

" zarorum gentem ex interiore Berzeliz,
 " quæ est primæ Sarmatiæ, erupisse. „ —
Hactenus Szklendr.

Quod nostra Slavica seu Slavonica, sit
 una ex Matricibus linguis, quæ post confusione turris Babel exurexerunt, hoc
 indubitatum est, quod ab illo tempore,
 nempe ab Anno Mundi circiter 1800, ante Christum natum 2204 per successiva Sæ-
 cula semet semper distinxerit sua suavi-
 elocutione, etiam magnis Monarchis ac-
 ceptabilem & gratam reddiderit, patet ex
 sequenti Privilegio Alexandri Magni, quod
 ex quodam vetustissimo græco libro (*Ano-
 nymo*) de verbo ad verbum translatum, &
 in latinum redactum, ad Constantinopolim
 repertum, est sequentis tenoris :

PRIVILEGIUM ALEXANDRI MAGNI REGIS MA- CEDONUM, SLAVIS CONCESSUM, ET EORUM LINGUÆ.

NOS ALEXANDER PHILIPPI

Regis Macedonum Filius, Monarchiæ figu-
 ratus Græcorum Imperator, Inchoator, Ma-
 gni Jovis filius, per Ancelitanum Regem
 Ægypti annunciatuſ, & Electus Græcorum &
 Arabum, Solis & Luna Conculcator, Per-
 C

rum

rum & Medorum Regnator, & Dominus Mundi, ab ortu usque ad occasum, & a meridie usque septentrionem &c. Illustri Proslapiæ SLAVORUM & eorum LINGUÆ Gratiam & Pacem, atque Salutem a nobis, atque Successoribus nostris, succendentibus in Gubernatione Mundi.

Quoniam Nobis semper fuisse in fide veraces, in armis strenui, atque omnibus hostibus formidandi, nostri coadjutores bellicosi, robusti; Damus & conferimus vobis libere, & in perpetuum totam plagam terræ ad Aquilone usque fines Italiæ meridionalis, ut nullus vadeat, seu audeat ibi manere, aut se locare, nisi vestrates; sed si quis alias inventus fuerit, ibi manens, sit vester servus, & posteri eorum, sint servi posteriorum vestrorum. Datum in civitate nostra Nova, nostræ fundationis Alexandriae, super magno fluvio Nili.

Alexander Magnus.

m. p.

Vide Apend. I. Quæst. II.

Tres

Tres notabiles sequelæ profluunt, ex hoc æterna memoria digno Privilegiō, prima est, de chara & ubique tunc temporis acceptata lingua Slavonica, ob ejus elegantiam & elocutionis suavitatem, de qua videre poteris testimonia, etiam superiori Cap. II. §. *Dum ante &c.* Secunda sequela: Non solum sub Atila Sæculo V. sed longe antea sub Alexandro Magno fuisse Slavos fortis, in armis strenuos, hellicos, ac ideo gloriosos milites; tertiam sequelam volo tantum breviter hic innuere, quam Papánek in Proemio hujus operis §. *Si quæ &c.* longius deducit, nempe: & ante tempora Alexandri M., & sub hoc Anno M. 3668. ante Christum natum 336. post hunc, usque ad nostra tempora, ita per multiplicia Mundi Regna, multiplicati sunt, favente Providentia Divina, Slavi, ut in illis videatur impleta promissio, Patriarchæ Abrahæ a Deo facta.

Nemini autem dubium veniat de authenticia hujus Privilegii, nam Alexandrum Magnum tot gloriosis titulis usum fuisse, & alii Historici antiqui perhibent, e quibus, unum fide dignum, pro multis, mihi adferre sufficit: Justinus Sæculi II. scriptor, qui sub regnante Antonino Pio scriptit, scribens in Pompeii Trogi Historias Lib. XI. testatur Alexandrum Magnum, di-

&um fuisse ab Antistitibus sacrificulis, Iovis Ammonis filium. Scribit etiam L. VII. ab eo Alexandriam civitatem fuisse conditam in Aegypto.

Quæret aliquis, ubi, aut quando, Alexander M. hellicosas Slavicas nationes suæ potestati subegit? Respondeo cum Bergomensi supplemento Chronicarum (typo gottico edito Venetiis Anno 1490) Libro 5to: *Philipo Rege vita functo, Alexander M. mox Illyrium (quam nunc Sclavoniam dicimus) ardenti animo subegit.* (Vide initium Capitis II. in hoc Libro.) Si istud responsum lectori non placet, supponat Slavos ab Alexander M. inter Asiaticas nationes inventos fuisse, nam idem supplementum Bergomense Libro sexto sequentia habet: *Alexander M. mortuo Dario Persarum Rege, per quinque annos totam Asiam accepit, & se terrarum Regem, ac Mundii Principem appellari voluit.* Sicut Attila Sæculo V. a palude Maeotide potuit educere Slavos, ita Alexander M. longe ante Attilam potuit invenire illos, & se eorum Dominum facere ibi, ubi eos Attila deprehendit. Ut ad utriusque hujus responsi credibilitatem inflectatur Lector, relegat attente tres primos §§. Capitis IV. in hoc opusculo. Ex inferius in Appendice I. dicendis clarius patebit, sub primis Christia-

stianis sæculis, & ante illa, in vasto Illyrico, in plaga Sirmiensi, in Mæsia ad Danubium & ultra, Slavos habitasse.

Licet Bergomense supplementum dicat ab Alexandro M. fuisse subactum Illyricum (quod nunc Sclavoniam dicimus) nos tamen tenore sequentis styli, ex Actis Hungariz, excerpti hæc inferimus: 1) sub hoc nomine *Illyricum* debere intelligi vastas illas regiones, quæ a Dravo incipiendo, usque ad mare Adriaticum protenduntur; 2) magnas debuisse esse Slavicæ nationes, longe lateque diffusas sub Alexandro M.; cum 3) hic Domitor orbis, eis, ob bellicosum robur, sub nomine Illyrici, totam illam plagam terræ ab Aquilone usque ad fines Italizæ meridionalis in perpetuum contulerat. "Illyris vetustissima acceptione, ea dicebatur Europæ regio, quæ secundum dextrum Adriatici maris tractum extenditur, & a cæteris partibus Istria, superiori Mæsia, & Macedonia, qua isthæc Adriatico incumbit, terminatur. Posterioribus autem Romanorum temporibus, latius patuit Illyricum, Mæsiamque, & Daciam, amplas quidem Provincias, & ipsam interdum Pannoniam complectebatur. „Acta SS. Un. in Mense Augusto. — Regio, quam Serviam dicimus, pars olim Mæsiæ superioris erat. Acta SS. Un. in Januario.

Ovi.

Ovidius navigans ad exilium in mari Adriatico, ac inter navigandum scribens librum tristium, testatur regiones Italiz oppositas venisse sub nomine Illyrici: Non procul Illyricis læva de parte relicta. Interdicta mihi cernitur Italia. *Elegia III.*

An dialectus Glagoletica unquam in terris Sisciorum, & Charentanorum, ut vocabantur populi ad Savum, & Dravum saeculo nono, nec non in terris celebris tunc Slavo-Moravici Regni in Hungariam protensi, quarum omnium Apostolum egit S. Cyrillus, ex integro observata fuerit, dubium valde est. Historia Ecclesiastica docet, S. Cyrillum primam operam implantandæ Christianitatis Bulgariae Slavis Constantinopolitano Imperio vicinis impendiisse; dein in Moraviam accitum ibidem, & in terris quoque Savi, & Dravi fluminum, quas transierat, fidei seminatorem extitisse *) Quid ergo mirum, si ille fors in dialecto speciali Bulgarica, cuius peritiam jam Constantinopoli sibi comparaverat, Sacram Scripturam, & dogmata sua inventis ad id novis a se litteris ediderit? hanc dialectum enim, utpote æque pure Slavicam populi hi, licet communi more loquendi alia uterentur, sat percipere, & in Sacris adoptare poterant **).

*) Szklenár Lib. I. Cap. I. §. XVI. **) De Literis Slavorum, de gentis & linguis Slavicæ amplitudine, vide inferius Appendicem III.

CAPUT VI.

SLAVI DICEBANTUR MARCO-
MANNI, SEU CONFINIARII GERMANIAE,
ALIISQUE A CIRCULIS REGNO CONTEN-
TIS, DENOMINATIONIBUS ACCEP-
TIS, VENIEBANT.

Regio illa, quam uno Moraviae Magnae,
seu Slavorum Regni vocabulo accipimus,
e pluribus conflata fuit Provinciis, diver-
sisque denominationibus Incolæ ab exte-
ris notabantur, ut Marcomanni, Quadi,
Burii, Antæ, Spori, Sarmatæ, Scythæ.
Omniam Provinciarum Magnæ Moraviae
Incolæ, Slavicæ fuere originis, & idio-
matis, eorumque Regalis potestas florebat
ab Albi flumine ad Marovam, Danubium,
& Granum. Collimitaneos præprimis ha-
bebant Bohemos ab Albi amne: Pannones
a Cætio monte ultra Savum extensos, sub
quorum potestate præter Austriam, Stiriam,
Carinthiam, Croatiam, etiam Transdanu-
biana censemebatur hodiernæ Hungariæ por-
tie, a Diocletiani Cæfaris filia Valeria
nuncupata. Quod ultra Danubium ad ori-
entem excurrit, Bosnia, item & Sclavo-
nia, inferior Pannonia audiit. Provin-
ciam Savo, Dravoque interceptam Saviam,
In-

Interamnium, ac Rípariensem dixerunt. Jaziges regionem Tibiscum inter, & Carpatum coluerunt. Vistulam a primordio usque ultimos vortices Poloni, seu Polaci, a Pole dicti, occuparunt; omnium autem, quæ recensui conterminorum Regnorum populi Slavicæ fuere genealogiae, & dialecti t). Slavos Marcomannos nuncupare Svevorum Reges morem tulere. Ad Danubium tempore Judicis Judæorum Jairi regnavit Brennus I. Rex Bavariæ, Sveviæque, qui omnes gentes, et si multum gloriose, quales Slavi erant, usque Tibiscum suæ subjecit potestati. Breno I. decedente regalem occupavit potestatem Brennus II., qui, ut docet Aventinus u), centum faustissime gubernabat annis. Regium Thronum descendit Tarquinio Prisco fundamentum Romani Capitolii ponente, quod factum legitur quadringentis annis ante natum Salvatorem.

Brennus II. a fluvio Rheno usque Oceanum Britannicum Germanorum, Svevorumque Rex fuit. Germania enim erat a fluvio Rheno, usque mare Britannicum, ita Dio Cassius x): "Celtæ quidam, quos Germanos vocamus, quum omnem Celticam

t) Testatur Reverendiss. Cl. Palma in notitia rerum Hungaricarum editione altera Part. I. Pag. II. u) Pag. 37. x) Lib. 53.

cam regionem, quæ ad Rhenum est, occupassent, effecerunt, ut ea Germania vocaretur: superior, quæ a Rheni fontibus incipit; inferior, quæ ad Oceanum Britannicum porrigitur. „Brennus II. potentiam suam dilatare cupiens aggressus est Slavos, qui non uni parebant viro, sed ab antiquo in populari imperio vitam egerunt y), eosque plenarie subegit, atque ad leges Svevorum observandas coegerit, nec non confiniariorum nomine affecit, id est, Germanica dialecto Mark-Männer appellavit, de quibus Germaniæ dein legibus subjectis, tanquam de fronte Germanorum scripsere Romani, eosque Marcomannos nominarunt z). Hanc denominationem tota natio longe ante tempora Julii Cæsaris usque annum Christi quingentesimum retinuit; quia ad illud tempus Germanorum protectione fruebantur, tametsi proprios Reges numerarent, ob bonum pacis, nomen a Germanis Mark Männer sibi impositum non mutarunt, utpote veri confiniarii Germaniæ, quoad viribus collectis non tantum opera Germaniæ non indiguere, verum Germanos vicerunt, atque magnam partem suæ jurisdictioni subjecerunt. Dum suam dilataffsent potentiam, atque a Germanis liberi redderentur, eo-

rum-

y) Procopius de bello Goth. Lib. III. Cap. XIV.

z) Procopius Lib. I. Cap. XIV,

rumque victores existerent, non voluere Mark-Männer, seu confiniarii appellari, verum denominationem mutarunt in Moravo-Slavi, Moravi dicti a fluvio per illorum terram defluente, Slavi; quia jam dudum ab idiomate, quo utebantur, tales notabantur, quod vocabulum, ut alibi diximus, a Slava, seu gloria desumptum est, indeqne a defluxu saeculi quinti, a cunctis gentibus Moravo-Slavonicum Regnum dicebatur, quod permanxit in flore sub Regibus propriis usque annum nongentesimum octavum, unde quidquid gloriae Marcomannis tribuitur, id de Slavis scribitur, Romani gentem Gotthicam sibi collimitaneam Limigottas nominabant, quemadmodum Germani suos confiniarios proprio idiomate Mark-Männer vocabant *).

Omis-

*) Marca pondus est auri, argentique, octo unciis definitum, id genus pondus Philippus primus Galliarum Rex, circiter ad annum Christi 1080. in usum deduxit, a Gallis ad alias vicinas primum, tum remotiores propagatum gentes, ut scilicet commercia cum Gallis frequentabantur. Certe apud Russos, Hungarosque id genus pecunia, pondove, Almi et inauditum. — Griven est antiquissimum genus pecuniæ apud Russos jam temporibus Olegi usitatum. Hodie tam pecuniam, quam pondus notat. Vide ann. Nestoris edit. Lips. an. 1774. pag. 57. Non me fugit Cl. Bussingum voci *Marca* eandem, qua vox russica *Griven* gaudet, subdere significacionem

Omissis citationibus Authorum, quorum multi in decursu nostri operis crebro Marcomannos, Slavos declarant, argumentum a denominatione Regum, Principum, Civitatumque Marcomannorum ducimus. Velehradium sub Augusto Cæsare in Marcomannia, hodierna Moravia principium nactum fuisse, unanimis est consensus scriptorum a), quod nomine dialecti Marcomannici donatum est *Welki-brad* lingua Slavonica, seu Marcomannica si-
gni-

nem: "Das Wort Griwe ist ein altes russisches Wort, und zeiget ursprünglich ein gewisses Gewicht an, das nach den Umständen der Zeit, und der abgewogenen Materie veränderlich war. Wahrscheinlicher Weise hat zu Oleg und Igor Zeit dieses Wort im Gold- und Silbergewicht, so viel als das deutsche Wort *Mark* bedeutet, und ist keine Münze gewesen." *Buffing. Magazin. Tb. VIII. Seite 373.*
 At enim vox russica Grivne non marcam, sed minam significat; patet ex Luca c. 19. v. 16. ubi mnæ in servos divisæ, Slavico vocabulo *Griven*, vel alia dialecto *Hriven*, *Hrivna* exprimuntur, & in germanico non *Mark* sed *Pfund* dicuntur. Porro mina quator drachmis librâm romanam superabat, vereor, ut ea ætate, tot minas auri dare, ut Anonymus designat, non superaverit vires unitus russicæ civitatis: quando quidem Romani teste Livio, vix centum libras auri, pretium libertatis, Gallis numerare poterant. Sed de hoc, quidquid sit, certe Marca ea ætate in usu non fuit. Cl. Szklenár Lib. II. Cap. II. §. VI. — Vide finem superioris secundi Capitis,
 a) Hajek in *Chron. Boh.*

gnificat : Magna Arx , vel Civitas , per decursum temporis ex *Welki-brad* derivatum est , per contractionem Velehrad . Si Marcomanni Germani fuissent , nulla ratione summæ civitati , & Regio throno condecoratae urbi , Slavonicum nomen indidissent . Porro Arces , & Oppida antiquissima appellabantur tempore Marcomannorum vocabulis Slavonicis : *Breb - Slava* , quod idem est *Slavis* , quod Latinis *Salvus trajectus* ; Robota a Marcomannis dicta hodierna Bruna , cuius significatio est Labor . Wratislava vetustissimum Marcomannorum receptaculum , cui a Deo Wratislavo , seu Jano , ibidem copioso concursu culto , denominatio cessit , significans reducem gloriam . Dewica Devinium in confluentia Moravæ cum Danubio situm , quod templi Veneris gratia eo loco eretti , vocatum Dewica , significans idicmante Slavo - Marcomannico Puellam . *Boro-grad* ab Hungaris Borostyonkō nuncupatum , supra Stompham situm , a Marcomannis , primis a Christo nato annis erectum sub Marobuduo Marcomannorum Slavorum Rege , Imperante Tiberio Cæsare , ita vocatum a Sylvis , quas in valle constitutas respiciebat , Slavis *Bor* , a *Borovica* dictum . Quemadmodum ex nomenclationibus Civitatum ita quoque ex præstantissimorum virorum Marcomannorum denomi-

na.

natione docetur, non aliam, quam Slavonicam gentem fuisse, quorum plurimi tenuere nomina Marobud seu *Kraly Morawskoho Budowanya*, id est, Rex habitationis Moravice. *Wratislaw, Samomir, Boleslaw, Vannimir, Moro-Voda, Veruber, Kotiber, Slavnik*, & reliqua, quæ in Slavonica dialecto claraç designant significations, & cum Germanico idiomate nec conveniunt, nec quidpiam significant. Marcomannos quibusdam Latinis venire nomine Metanastrarum edoceor, qui, ubi Marcomannos, ibidem Metanastras locant, & nomenclatio ipsa idem sonare videtur, quod enim Marcomannus germanico idiomate, idem latino Metanastra, seu in Metis, seu confiniis Regni natus significat. Cum vero latissime extendant scriptores Metanastras, dubius sum, unice pro Marcomannis accipi posie. Slavi dicuntur Quadi, Antæ, Spori, Burii, Sarmatæ, Scythæ b).

CA-

b) Lib. I, Cap. XXIX.

libus, nemine prohibente Istrum fluvium trajecit, ac nullo negotio transmisso bifariam discessit; constabat pars altera mille octingentis, altera reliquis; utrosque, quamvis invicem separatos, aggressi Romani Duces, præter opinionem vici sunt, ac partim ibi ceciderunt, partim evaserunt incompositi fugientes. Postquam ab utroque Slavonico exercitu, quamvis numero longe inferiore Romani Duces omnes ita fusi, fugatique sunt, cum Asbade pars hostium altera manum conseruit. Erat hic vir Justiani Augusti scriptor, Equitibusque præterat, his quoque Equitibus disiectis, Slavi quamplurimos fugientes turpissime interfecerunt, captumque Asbadem Ducem vivum servarunt, postea conjectum in flamas combufferunt, defecatis prius loris ex dorsi illius peile. His peractis Illyricum impune vastarunt, ac multa Castella obsidione ceperunt. Altera Slavorum Australium irruptio ab eodem Procopio describitur e). Slavorum Catervæ, quantæ nunquam antea prodierant, ad Imperii Romani fines progrexæ, trajecto Istro flumine, Naismi venerunt, ut urbes circumiectas obsidione caperent; sed terruit eos Germanus, olim Antaram victor, recens ab Imperatore Justiniano creatus Magister militum totius Thraciæ. Itaque Sla-

e) Lib. III, Cap. 40.

Slavi hunc Germanum veriti, ac simul rati, florentissimo exercitu succinctum esse, ut pote, qui adversus Totilam, & Gothos ab Imperatore mitteretur, cæptum Thesalonicam versus iter statim abrumpunt, & Illyricum, Dalmatiamque superarunt. Animadverendum, eo tum gentem Slavonicam adhuc non exstisse in Illyrico, Dalmatiaque, quas regionum plagas Romani colebant, devastatis, fugatisque Romanis, multi de Slavis Australibus ibidem permandere, domiciliaque fixere, qui successu temporis adeo se propagarunt, ut in gentem magnam, validissimasque nationes excreverint, sicque Boreales, Meridionalium Slavorum origo effecti. Procopius continuat f): "Uterque exercitus, quasi nimio sanguine ebrius, quos imposterum caperet, illorum parti donare vitam statuit, quo factum est, ut demum omnes reversi sint, cum captivorum innumeris Myriadibus, idem Lib. III. — — Slavis Illyricum, Dalmatiamque occupantibus, & impunissime Romanum Imperium infestantibus, misit Imperator exercitum cum Constantino Aretico Nazare, Slavorum partem offendit hic exercitus ad Adrianopolim urbem Thraciae mediterraneam, ibi, commisso prælio, victis Romanis milites multi, iisque fortissimi cadunt. Ducebat ab

D

ho-

f) Lib. II, de Slavis.

hostibus Slavis tantum non capti, vixque elapsi cum reliquis evadunt, quo cuique licet. Constantiani Ducis vexillum cepere Slavi, ac spreto Romanorum exercitu ulterius progressi Asticam, quam appellant, Regionem vastarunt. Late facta populatione pervenerunt ad muros longos, qui Byzantio diei itinere paulo amplius distant. Aliquanto post Romanus exercitus, hos fecutus Slavos, partemque eorum nactus repentino eos fuderunt impetu, ac cæsis plurimis, Captivorum Romanorum ingentem receperunt numerum, & inventum Constantiani vexillum retulerunt: reliqui Slavi, ad portas sui regni cum præda multis suis in regno Illyrico, & Dalmatia relicts reversi sunt. Præter Procopium multi alii Scriptores tradunt Croatas, Dalmatas Illyros, seu Slavos Meridionales ab Australibus ortum ducere. Gregorius cognomento Magnus, ejus nominis primus Pontifex Maximus, qui aliquanto post Justiniani tempora, Mauritio Imperatore Ecclesiæ præfuit, scribit ad Episcopos Istriæ —. Evidem de Slavorum gente, quæ vobis imminet, & affligor vehementer, & turbor. Affligor in his, quæ in vobis jam patior. Conturbor, quia per Istriæ aditum jam Italiæ intrare cæperunt.

CA-

CAPUT VIII.

PRISCI REGNI SLAVORUM, FACIES HUJUS ÆVI.

Slavos Franci, Bojoarii, Alemani, Poloni, Pannones, Hungari, postulante Arnulpho Cæsare, unitis viribus ex sex partibus aggressi, vicerunt ^{g)}. Quorum Regnum, quatuor in partes diviserunt. Pars, quæ Austriæ inferioris Cis-danubianæ nomenclationem obtinuit, Arnulpho cessit; altera, minus a potentia Bohemorum remota, illis subjecta est; tertia, medium ultra Carpatum Polonis: pone fluvium Moravam usque Vagum, Granumque, Hungariae jura accepit. Quod si tantarum gentium viribus, suas opponere Slavi non debuissent, indubie victores evasissent. Cum, ut scriptores referunt, Arnulpho Svatoplugus fortis, cunctisque circumquaque formidabilis Rex, strenue restiterit, Panniam Cæsari subjectam vexaverit, Hungaros fugere, tergaque dare docuerit. Cl. Katona refert ^{b)}: "Hungari a Mariis, id est, Slavis occiduntur — —,, Hungari-

D 2

ri-

^{g)} Annal. Fuld. ad annum 892. ^{b)} Lib. de Hung, Ducibus ad annum 902. pag. 255.

ri, Marahenses petunt, pugnaque victi,
terga vertunt. Potente Svatoplugo poten-
tiores facili negotio efficiebantur, cum cir-
cumquaque Principes ejus interitum, col-
latis viribus (scientes singulam gentem so-
litariam ei resistendo imparem fore), qua-
sierint.

Almanni, Franci, Panon, Czech, Scytha, Polonus,
Slavorum gentem sternere Marte petunt.
Ast Panon plangit, concussus Scytha recedit,
Arnulphus Cæsar territus orat opem.
Sex sceptris Slavi constricti Marte feroce
Sucubuerunt quidem, non periere tamen.

*Hac acta sunt Anno 893.
Mense Julio. *)*

Regnum Slavorum ex parte Moravia
divisum est in Circulos sex: Olomucensem,
Brunensem, Preravensem, Hradistensem,
Znoymensem, & Iglavensem.

Ex parte Hungaria in quindecim Co-
mitatus: Posoniensem, Nitriensem, Co-
maromiensem, Trencsinensem, Arvensem,
Barriensem, Strigoniensem, Thurociensem,
Liptoviensem, Zoliensem, Nagy-Honten-
sem, Kis-Hontensem, Neogradiensem, Gö-
möriensem, & Scepusiensem.

*) Szklenár. Lib. I. Cap. III. §. III. Et Lib.
II. Cap. IV. §. V.

Primus est Posoniensis, a Posonio Urbe Principe dictus, Magistratibus Regiis, Incolarumque frequentia ante cæteros illustris, ab Ortu Nitriensi plagæ, ab Occasu Austriae per Moravam fluvium divisæ, a Meridie Danubio, a Septentrione Moravia obvertitur. A Slavis, Hungarisque colitur.

Posonium tum ab Regum inauguracione, celebrisque Regni universi conventibus, cum ipso ab sacri diadematis Incolatu Urbium hodie Hungariae Caput, primas pariter vetustatis venerandæ sibi jure partes vendicat. De origine Urbis hujus Veteres quoque inter Scriptores contentio. Pisonium a Pisone Consule, qui Pannoniam, imperante Augusto, Romanæ prium ditioni adjunxerat, eique sub Tiberio præfuit, olim vocatum, nonnulli existimant. Aliud Cornelio Tacito, Orfio, Lazio, & Inchofero judicium. Illud pro comperto habetur, Urbem hanc clarum gentis Romanæ municipium fuisse, in quo Legio decima quarta stativa habuerat. Arx natura juxta, atque arte munita pretiosum Patriæ depositum Coronam custodit. Ærarium Regni, sub Annum 1537. Buda isthuc translatum, complectitur, cui Consilium Regium magno Reipublicæ bono, locique nobilissimi ornamento accessit. Posonium
lo-

locatum est septentrionali Danubii latere, positione molliter declivi, & a collum vini ferorum radicibus, qui ab Aquilone ad surgunt, usque amnem passus bis mille, ampliusque porrecta. Occasum Arx definit, monti imposita prærupto; qua Danubium despicit, qua in septentrionem recedit, collibus connexe vite obsitis. Quod ad orientem solem objacet, in planitiem secundo Danubio, & pone Carpathi exordia explicatur, amoenam eam frequentibus oppidis, vicisque distinctam. Aere vigescit salubri cum ob præterfluentis Danubii molem, vehentem cum aquis auram alienam a vitio, tum ob sinum pulchre adolescentis Carpathi, quo Urbs, quasi amplexu quodam, circumcluditur. Hinc vero Aquilones eam adflant, eo salubriores, quod montium objectu repercussi multum remittant de vehementia. Ut taceamus concavo hoc positu, soles vernos, æstivos, atque autumnales egregie contemperari. Vere quidquid vaporum tellus nive gravidata exhalat, mature id dissipatur. Mitigantur æstate, autumnove venti, fovetur aura ex inclinantis anni ingenio detepescens. Paucis: quidquid Tiburi, & Tarento Horatius Carminum Lib. II. Oda VI. tribuit, id de Posonio fas est cecinisse mihi:

Iste

Iste terrarum mihi per omnes
 Angulus ridet: ubi non Hymetto
 Mella decedunt, viridique certat
 Bacca venafro
 Ver ubi longnm, tepidasque præbet
 Jupiter brumas, & Apricus Aulon
 Fertilis Bacho, minimum falernis
 Invidet uvis.

Profecto non male lusit, qui Poso-
 nium conversis litteris rarum elementis op-
 sonium dixit, ob earum rerum copiam,
 quæ sunt vitæ cum commoditate tolerandæ
 necessariæ. Posonii est vetus moles, atque
 solidæ non minus, quam vastæ substructio-
 nis S. Martini Basilica Collegiata. Sunt,
 qui opus S. Ladislao in acceptis ferunt An-
 no 1090. Templum PP. Franciscanorum
 Anno 1280 a Ladislao Cumano excitatum.
 Monasterium S. Claræ, quondam Cister-
 censium Virginum, refert Turocius i) ad
 Annum 1497. in Coenobii possessionem suc-
 cessere Virgines S. Claræ. Ecclesia Gym-
 nasii: atque Coenobium Virginum S. Ursulæ.
 In Suburbiis nobile est Coenobium
 Fratrum Misericordiæ. PP. Capucinorum.
 PP. Ordinis SS. Trinitatis: accessere hi ad
 Urbem, Anno 1698. Patrocinio Leopoldi
 Ko-

i) Pag. 194.

Kolonitsii Archi - Episcopi Strigonensis adjuti. Ordo Militiae Crucigerorum Hospitaliorum, cum rubea stella, intravit Regnum, & Urbem Anno 1723. Postremo memorandum venit Cœnobium Virginum S. Elisabethæ, Nöder-Damarumque. Posonienses domus DD. Principum, Comitum, Baronum, ac Nobilium tanta sunt elegantia, magnificentiaque structæ, ut eas merito superborum Palatiorum nomine affecteris. Civium habitacula spatiofa Urbem ornant.

Comitatus Posoniensis præter Posonium quatuor numerant Civitates: Tyrnaviam, S. Georgium, Modram, & Bazin-gam. — Tyrnavia ornamentis felix, a Conditore, seu, ut allii volunt, Restauratore Bela II., a Magistratu nobili, Judicique Regii Tabula inclyta, a Religione sancta, a Metropolitano Strigonensium Capitulo illustris, ac veneranda. Basilica est ei D. Joanni Baptista Urbis Patrono sacra, Regiis prorsus sumptibus a Nicolaø Eszterhazio, Hungariæ olim Pro-Rego educata. Præcipua templa sunt PP. E-Societate JESU, PP. S. Francisci, S. Pauli primi Eremitæ, Ordinis SS. Trinitatis, Virginum S. Claræ, &c. Nomen Urbi a fluvio Tyrna interlabente, seu potius, quod Majorum traditione alii receptum ajunt a spinis, qua Sla-

Slavonice TRNI vocatur, eo quod spine-tum locus ille, qui modo Urbem, olim habuerit: Inde quibusdam spinopolis. — S. Georgius licet Urbs hæc vinum præbeat optimum, in dies tamen fit calamitosior. Piarum Scholarum patres hic loci Gymnasiūm obtinent. — Bazinga axioma Liberæ, Regiæque Civitatis, Ferdinando II. regnante, consecuta est. — Modra jura Liberæ, Regiæque Urbis Anno 1607. Rudolpho scepta tenente, adipiscitur.

Provincia Posoniensis præter multas Arces oppida numerat: Posony - Várally, Rétse, Csekłesz, Szentz, Grinava, Czifer, Szuhá, Cseszte, Ompital, Orefsan, Szomolany, Spacynce, Deite, Boleraz, Galantha, Szered, Püspöki, Samaria, Cívertek, Nagy - Magyár, Szerdehely, Dévén, Stompha, Slavis Stupava, Malacka, Gajar, Levari, S. Joannes — Celebrantur pagi huic Comitatui ingremiati a copia Nobilium Virorum: Kuklovium, Seculæ, Bur S. Georgii. Notari quoque meretur magnificentum Cœnobium. PP. Paulinorum Vallis Marianæ, in cuius Ecclesia populi frequentia, & celeberrima devotione colitur Thaumaturga Beata Virgo Maria gratiis coruscans, ubi visitur fons facer multis prodigiis inclytus, ad quem gratiis, a favore Mariano quotidie veri Clientes Virginis Mariæ donantur..

Comitatus Nittriensis. Urbi & Arci
fluvius Nittra nomenclationem impertit.
Celebriores inter Hungariæ Regiones hæc
Provincia jure censenda, tum ob amplitu-
dinem suam, qua Moraviam contingit, cum
vel maxime ob vetustatis monumenta, quip-
pe Marcomannorum Slavorum Regni, &
Sarmaticæ gentis florentissima. Accolæ
Slavi, & Hungari. Nittria Urbs Episco-
palis perantiqua splendidam cum Canonicorū
Capitulo Cathedralem habet Ecclesiam,
prout & Gymnasium sub cura PP. Piarum
Scholarum : PP. S. Francisci Seraphici, &
familia Camadulenium domicilia. Castrum,
seu Arx Nittriensis suorum intra murorum
septa S. Casimirum Casimiri Poloniæ Re-
gis filium accepit. Subegit Arcem hanc
magnus Hungariæ, ac proximus hostis Tur-
ca, Anno 1663.; verum Anno insequente
eadem rursus per Generalem Suza exutus
est. Eam subinde Episcopi loci propugna-
culis melius instruxerunt, ac communive-
runt.

Comitatus Nittriensis una modo Libe-
ra, Regiaque Civitate Szakolcza colitur.
Urbs a petra seu faxo, quod Slavis Skala
denotat, Civitati proxime imminente, de-
nominationem mutuata, ejus titulos, privi-
legia, decusque Insignium Ludovici priui
Regis Hungariæ beneficium agnoscit. Na-
ta-

tales loci quibusdam ad Belam cæcum placet referre, ut qui muro Tyrnaviensi simili eandem incinxerit. Antiquorem ego autumo, utpote cum Anno jam 1201. templum isthic D. Michaeli Archangelo sacrum Joannes quidam vinearum cultor excitasse perhibetur. Ornatur Urbs ampla Ecclesia Parochiali, Cœnobio PP. Franciscanorum, nec non PP. S. Pauli primi Eremitæ, quo ruin curæ paucos ante annos Athenæum litterarum comissum est.

Oppida multa numerat Provincia Nitriensis. Ujvarinum duobus Nitria in medietate milliaribus vasta pone amnem cognominem planicie dissidet. Communiverant Ujvarinum hoc, olim Strigonenses Archi-Episcopi, Paulus Vardanus, & Nicolaus Olahus, postquam Turca notabilem Regni partem sub triste misifset jugum, & in vicinam oram crebriores fecisset procurfiones. Anno 1725. & 1726. solo æquatum est. Nunc oppido, quam propugnaculo similius dixerim. Galgocium Arx ad Vagum sita. Leopoldopolis Galgoczino objacet; excitatum est monumentum hoc providentia Leopoldi Augusti Anno 1665. Vag-Ujhely habet Præpositutam. Welike Topolcsany, olim Libera Regiaque Civitas. Prividia præbet domicilium Patribus Piarum Scholarum. Bajmocz, thermis pro-

visum, habet Abbatiam S. Antonio Abbati dicatam. Holitschium in limitibus Moraviae situm est; visitur hic non solum Cæsareum Palatum, elegantibus aulæis adoratum, quod olim Francisco Primo Imperatori in deliciis fuerat; sed etiam Monasterium PP. Capucinorum, ejusdem gloriose Monarchæ munificentia fundatum: ornant præterea locum ædificia, in quibus vasæ fictilia pretiosa parantur.

Sassinium, Hungaris Sasvár, Thaumaturga Dolorosæ Beatæ MARIÆ Virginis imagine inclytum, quæ curæ PP. S. Pauli primi Eremitæ concredita est. Tantus est erga hanc venerandam statuam Matris Divinæ Clientum amor, pietasque, ut quotidie magna copia fidelium cantu, orationibusque DEUM, ac Beatam Virginem MARIAM laudantium omnibus ex vicinis Regnis, Civitatibus, & Oppidis cernatur. Cultum, ac venerationem Beatæ Matris, ejusque profusas in suos Clientes gratias abunde notificant, præter diversa quam plurimum alia signa, millesæ votivæ tabellæ. Ad hanc venerandam Dolorum Matrem comparuere quoque Augustissimus Cæsar Franciscus Primus, ac Augustissima Cæsarea-Regia-Apostolica Majestas MARIA THERESIA, cujus exemplo devotissimæ adorationis Filii DEI, & venerationis Do-

lo.

lorosæ Matris, totus populus ad summam devotionem excitatus est, plurimique ad lachrimas pietatis provoluti, me eo tum officio Ministri sub Missæ Sacrificio fungente, idque audiente, invicem dixerunt: Ecce Regina mundi! veneratur omni pietate Reginam Cœli! quid proinde nos miseros oportet agere, ut debitum deferamus MARIAE obsequium.

Comitatus Comaromiensis positus cis, & trans Danubium: nihilominus tamen, quod princeps locus intra citeriorem partem occupat, ad Cis-danubianos referendum est. Hæc vero Cis-danubiana Regionis portio, & universem, & qua in insulam Cytuorum diffunditur, absolvitur planicie. Liberæ, Regiaeque Urbis originem Bonfinius a Comaris Scythiae populis deducit. Arx loco huic fortissima, quæ nullius adhuc hostis jugum tulerit. Melioribus eandem muris Mathias Corvinus, & Ferdinandus Primus Anno 1550. munitione trigona, ac Leopoldus Magnus præsidio donavit. Natus in hac Arce Ladislaus Posthumus Rex Hungariæ. Innocentius item XI. Pont. Max. diutius isthic commoratus, dum adolescentior castris stipendiis imbueretur. Ecclesiæ numerat Parochiam cum Gymnasio, PP. Franciscanorum, atque Trinitariorum. Alit Slavos, & Hun-

gæ.

garos. Oppida sunt in Provincia Comaromiensi : Tatta, & Geszte.

Comitatus Trencsinensis ad Silesiae fines, ac inde demum secundo Vago pone Nitriensem Provinciam longius procurrit. Moravia proximat ab Occidente; ab Oriente Thurocensi Comitatui: qua versus Septentrionem vergit Regio, Silesiam attingit, atque Poloniam; meridionali parte Nitriensis finitima. Parebat olim cum Arce Urbis valida Principi potentissimo Matthaeo de Trenchinio R. Hungariae Palatino, Csakiorum vetusto de sanguine genito, cuius ditio, Posoniensem quoque Urbem complexa, in Lyptoviensem Provinciam sepe porrigebat. Inde tota plaga Mattyus-Földe, id est, terra Matthei Corvini Regis Hungariae, Regio haec in Ducatum erecta traditur, qua, ut Bonfinius k) ait — faustissimus in amplissimi spem Imperii ab infantia educatus, a pientissimo Patre est donatus. Habet incolas Slavos & Hungaros.

Threncsinium Libera, Regiaque Civitas. Etymon Urbis a Terentio Cive Romano, seu, ut alii quidam malunt, Terentiano ductum creditur, qui turrim primum, quæ in Arce visitur, suo ab nomine di-

dixit; tum lapsu temporis in Civitatem mi-
gravit. Maximum est loco decus eadem
ab Arce, rupi imposta, a Matthæo pri-
mum Principe Trencsiniensi, deinde a Ste-
phano Zapolya Joannis Patre diligenter
munita; inde enim Vago, præcipitique la-
pidis durissimi altitudine tuta, hinc muro
triplici, fossis saxeis, multoque apparatu
superba affurgit. Possidet Urbs hæc Gym-
nasiū, atque templum architectonico con-
structum opere, & inter præcipua Hunga-
riæ ædificia numeratur. Oppida huic Co-
mitatui adnumerantur: Rajecz, Zolna, &
Bisztrica, quæ in opposita Vagi ripa habet
rupi præaltæ impositam Arcem: Illava
cum Arce, Puchow, Kisztza, Ujhely,
Becko.

Arvensi Comitatui fluvius Arva, vul-
go Orava, uti & Arci loci ejusdem no-
menclaturam tribuit; Poloniæ, ac Silesiæ
finibus, qua Boream spectat, qua Au-
strum, Thurocziensibus, ab ortu Lypto-
viensibus, Threncsiniensibus ab occasu fit
conterminus. Ab Arce cognomine, natura
simul, & arte communita, decus Regio
sortitur. Incolæ sunt Slavi. Oppida: Ku-
bin; hic Congregationes Provinciales cele-
brantur. Twerdofs, & Welka-Wes Ca-
stellum elegans accepit.

Co.

Comitatus Barschienensis, Slavis Tekowska Stolica, nomen sortitur ab Urbe olim celeberrima Bárs, quæ hodie in pagum abiit. Colitur potissimum a Slavis. Altera Regionis pars montosa, planior altera, quæ meridiem respicit. Natura beneficiis abundant; nam annonæ felicitate, & re pecuaria copiosa, immo auri, argentique fodinis excellit. — Duas admodum montanas Urbes celebrat. Cremnitzium montanarum Civitatum Caput, nomenclaturam a Graniis populis, si Lazio fides, defumpfit. Moneta, de vecto ex omnibus Hungariæ fodinis auro, argentoque, isthic cudi solita, Orbi Urbem notam fecit. Regio-Montum antiqua Civitas, sita intra montes utraque ex parte impendentes, auri fodinam priscis temporibus ditissimam coluit. Oppida: Léva, Ghymes, S. Crux, Zernovitz, S. Benedictus, Werebélly, Tekow.

Comitatus Strigoniensis, partim Cis, partim Trans-Danubium excurrens, territorium, & Urbem cognominem appellationis suæ principium colit. Terminatur ab Ortu Neogradensi, ab Occasu Comaromiensi, a Meridie Pilisiensi, a Septentrione Barsiensi Comitatu. Coloni sunt Slavi & Hungari. Strigonium, Slavis Ostrihom, alias Istrogranum, a Grano, & Danubio, qui ibidem comiscentur, nomen indeptum. Adversus Tar-

Tartarorum incurfus erecta dicitur, naturæ subinde non magis ingemo, atque artis munita. Regiam fuisse Geyzæ Ducis Christiani, conjectura ex eo est, quod filium ejusdem D. Stephanum hac in Arce & mundo natum esse, & renatum cœlo baptizate, memoria proditur. Cui ille beneficio ut gratiam referret, Archi-Episcopo locum dedit, Deique honori unice sacrum voluit. — Oppida: S. Thomas, S. Georgius, Parkany, Batorkeszy, Balna.

Thurocensium Ora amoena a fluvio Turoczio nomen accepit. Arcem, quæ quondam Turocz, aut Turucz dicebatur, Indigenæ modo Znio nuncupant. Publici Nobilium Conventus in Oppido Szent-Marton celebrantur. Memoria dignum accidit in hac provinçia: Nobilis Dominus Melchior Rakofsky, & Christophorus de avita Nobili Okoliczaniorum Prosapia Pauli Okoliczany filius, utpote Viri Patriæ benevoli, Cæsareo-Regiis Majestatibus fidelissimi, ad nefariæ factionis Rakoczianæ Conventum Onodiensem deputati, propterea, quod pro reconciliatione cum Cæsareo-Regia Majestate diversis argumentis, exemplis, & rationibus scripto porrectis institissent, ac diram sub iis tumultibus nobilitaris prærogativæ læsionem, & miseræ etiam plebis insupportabilem oppressionem declarassent,

E

hor-

horrendo, &, vel memoratu etiam terribili modo dictus Dominus Rakofsky in instanti publice in ipso Conventu, & celebrata ejusdem sessione tumultuarie interfectus, præfatus vero Nobilis fidelis Patriæ, & Regi Christophorus Okoliczny ibidem lethaliiter sauciatus, triduo nihilominus post, per factiosos capite truncatus est. Complures alii e gremio ejusdem Comitatus Nobiles, præsertim vero præfatus eximus Paulus Okoliczny, cui prænotatæ reconciliationis postulatio præprimis adscribatur, in durum Arrestum per rebelles confederatos tracti sunt. Comitatus violatæ detestandæ confederationis reus acclamatus, confracto vexillo, inter reliqua etiam sigillo privatus est. Ob hoc ad demissam Comitatus Thurotziensis instantiam medio suorum ad generalem Regni Diætam alegatorum, ut pote præfatæ Pauli Okoliczny, & Josephi Huszar factam, benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, determinatum est, ut non solum super novo sigillo, quod eidem Comitatui clementer concessum est, emanati privilegii, verum prædeclarati etiam tragici actus in perpetuam memoriam speciali articulo fieret mentio. Oppida colit Comitatus: S. Martinus, Mossowice, Sucany, Prawno, Bela. Iacolæ Slavi.

Lip-

Liptovia seu Civitas, quæ modo Lipsia, aut cum addito Teuto-Lipsia, sive tractus integer id nominis pridem indeptus, Comitatui quoque, aliquando Ducatui, etymon statuit. Inhabitatur a Slavis. — Oppida præclara hoc in Comitatu reperiuntur: Luptissa, S. Nicolaus, Rosenberga, Hybe, Gibbe: Oppidum Geib, monti Kriwan vicinum, habet fontes falsos; Botza est Oppidum montanum.

Comitatui Zoliensi Arx Zolyon nominis Author est. Inde a duabus Regiis Urbibus appellatio, quarum altera Vetero-Zolium, Neo-Zolium altera: huic Arx, a qua nomen adhæsit primum, etiamnum habitatur; illi deserta jacet. Novem vix amplius milliaribus in longum, ternis in latum juxta Granum fluvium porrigitur. Barsiensi ad Meridiem, Liptoviensi ad Ortum, & Septentrionem, Nitriensi ad Occasum clauditur. Externam telluris speciem, montibus asperam, sylvisque horrentem, inexhaustæ, quas sinu contegit, opes, metallorumque fodinæ abunde supplent. A Slavis inhabitatur. — Neosolium, Slavis Bistrica, Libera, Regiaque Civitas montanarum Urbium facile princeps, bene culta, Granus eam veloci cursu præterlabitur. Arx Urbi elegans adjacet. Ferdinando I. regnante hic Regni Comitia celebrabantur.

Ornavit Urbem templo ad instar propugnaculi, muro solido, fossaque concluso, Anno 1499. Michael Königsberg, Montanarum Civitatum ea tempestate Præfectus, Camergraffum dicunt Incolæ, eoque sacræ suppellestilis ditavit pretio, ut vix in alia Basilica reperias. Anno 1776. Neo-erecto Episcopatu donata est Regio, sedesque Episcopalis Neosolio cum ducta inde totius Dioecesis denominatione obvenit, nec non novo accedente Capitulo Civitas condecorata. Primam Neosoliensem Episcopalem Tiaram adeptus est D. D. Franciscus Bertold, uti famosissima Comitum familia, ex qua ortus est, ita præstantissimarum virtutum animo plurimum celebris: est enim Sapiens, Piusque Præful, vigilantissimus, magnanimis, benignus, fortis, & amabilis. — Vetus-Solum, Slavis Zwolen, Civitas quidem Libera, at non montana: Arx edito, connexoque Urbi a meridie collī imposita est. Libetha, Slavis Lubjetowa, Civitas Libera, Regia Montana. Brzno-Banya, Slavis Brezno, Anno 1655. relata inter Liberas, Regiasque Urbes. Cappona, Slavis Krupina, Libera, Regiaque Civitas. Oppida Lipsche, Ponik, Otschowa, Slatina, Dobroniwa, Radvany, Szasz.

Nagy-

Nagy-Hontensis Comitatus, quondam Huntensis ditionis portio, Arcem Huutvár, pridem jam solitudini traditam, aut, quod vero proprius, Prosapiam Huntianam, sive Hunt-Pazmanianam, temporibus S. Stephani Regis jam florentem, cuius Arx gentilicia fuerat, nominis sui Authorem colit. Theras e montanis Civitatibus sibi vendicat: Schemnicum, Bela-Banyam, Baka-Banyam, Slavos, Hungaros, Germanosque alit. — Schemnicum Urbs præcipuis montanarum decoribus admiranda; nam & frequentia populi, & auri, argenteique fodinis reliquas antecellit. Appellationem illi Opilio quidam, nomine Sebenitz, eo in loco, dum gregem pasceret, divitem auri venam fortuito deprehendens, imposuisse fertur. Accidit, ut Anno 1441. inopino terræ motu ædes veteris Urbis inverterentur; quare ad humiliorem locum se transkulere Incolæ, novumque Schemniczium tumultuario primum opere in valle extruxere, cui magis, magisque exculto binæ Arces totidem in rupibus, quarum una Orientem, altera Meridiem spectat, propugnaculorum instar invicem adjectæ sunt. Ipsi montes argenti, atque auri feraces, moeniorum obeunt officium; ea vero ex parte, qua vallis aditum in Urbem facit, muri solidi in altum usque montem cum domibus ascendentis tueruntur. Sedes hic quo-

quoque ærarii Regii. Bela-Banya e Liberis, Regiusque Civitatibus montanis una, auri, argenteique fodinis nobilis, murisque cincta. — Bacca-Banya, Slavis Pukanec, montanarum Urbium non postrema, Belam Regem, id nominis, ut conjicimus, quartum, Conditorem nacta est. Oppida Sebechleby, Bath, Saagh, Nemetum.

Comitatus Kis-Hontensis Zoliensi Provinciæ ab Occasu, Gömöriensi à Septentrione, & Oriente proximus accedit, qua vero in Meridiem prospicit, Regionis Neogradiensis limitibus terminatur. Hic campos, ibi montes metalliferos numerat. Cives ejus Slavi, & Hungari. Duobus potissimum Oppidis colitur, Rimafksa sobota, & Tiszovetz, dictis.

Neogradiensis Comitatus in Zoliensium, & Kis - Hontensium limites, inde demum perpetua camporum serie usque in S. Andreæ Insulam porrigitur, cui ad Orientem Gömöriensis, & Hevesiensis, ad Occasum Nagy - Hontensis, Pestiensis ad Meridiem vicina est Provincia. Ubi in Orientem, & Meridiem vergit, eo in primis tractu, quem Cserhát vulgo nominant, vino, frumento, optimis acidis fontibus, omnibusque vitæ adminiculis ita proficit, ut naturam omnes eo divitias contulisse credas. Montes tam al.

alti plerique sunt, ut nubes inferiores transfeant. Quorum præcipuos habet Medues, Szanda, Matra, qui ultimus inde ab Hervesiensi Comitatu, usque huc protenditur. Nomen fert ab Arce deserta Nograd. Substentat Slavos, Hungarosque. Oppida Losontz, Filek Arx ad Oppidum, Sicsany, Darmady, Divin, Vadcert, Nograd, kants-Berény.

Comitatus Gömöriensis ab Oppido Gömör, quod meditullium fere Provinciae occupat, sic nuncupatur. Montoso partim, partim plano situ resedit. Incolæ Slavi, Hungari, Germani. Oppida : Roznavia eleganter posita frequentibus non minus, quam nobilibus domibus culta. Aurum fodit, Cuprum, Cinabarium, & Mercurium vivum. Anno 1776. Episcopatu Neo-erecto, Residentiaque Episcopi Dioecesani, atque Capitulari Præpositura, nec non sex Canonicorum Investitura donata, ornataque. Stitnik a ferri fodinis celebre Oppidum. Gömör, Pölöcz, Rima Szecsiny, Tirgarten, Ratko, Jolsva, Gomhaizeg, Oppida belle culta.

Comitatum Scepusiensem Arx vetus, Hungaris Scepus, nunc Szepes, saxo undique inaccesso ardua denominat. Primi Comitatus hujus dicebantur Comites de Scepus,

pus, quibus tempore Matthiae Corvini extinctis, Arx cum hoc munere Profapiæ de Zapolya, alias Deax, transcripta est. Tum, & hac deficiente, ad Comites de Turzo, deinde, ad Comitem Andream Batori, ac tandem ad antiquissimam Comitum Csakianorum Profapiam, jure perpetuo transivit. Comitatus hic est amplus, totus fere montanus. Incolunt Regionem Slavi, Hungari, & Germani. Montes altissimi Provinciam occupant: præcipui vocantur, Carpatus, qui jugis hic altissimis attollitur, Wolovetz, Kratowa-Hora. Liberas, Regiasque Civitates duas habet Leutschoviam, & Kés-Markinum. — Leutschoviam ab antiquo sua genti Saxonum debere principia, docet Annus 1207. parieti templi Civici insculptus. Aucta sub Annum 1245 ornataque procedente tempore, & muros, & titulum Urbis Regiæ addepta est. Culte structis ornatur Ecclesiis. — Kés-Markino mœnia vetusti sunt operis, axioma Libræ, Regiæque Civitatis prisca jam ætate consecuta, & in primis a Sigismundo, & Matthia Primo immunitatibus multis aucta est, quibus tamen cum Hieronimi Laszy, tum præcipue Tökeliorum avaritia magna ex parte privata erat, donec Ferdinandus Tertius Anno 1655. eam denuo inter Libras, & Regias Urbes reponeret. Arx Scepusiensis altam rupem occupat diffici aditu.

tu. Non longe abhinc Capitulum abeſt, quod æque monti impositum, moeniiſque cum domibus aliquot incinctum eſt. De Ecclesia Scepusiensi illud traditione perver tua ratum habetur, primum hujus Condитorem D. Stephanum Regem Hungariæ exſtitisse, cuius funda menta post devictos quosdam hostes, sub Patrocinio Divi Martini, cuius peculiari cultu tenebatur, jecit. Plenioram indagantibus notitiam prohibuit Tartarorum hostilis irruptio, quæ, ut ex litteris Belæ IV. Regis, Anno 1249. vulgaris, conſtat, documenta Ecclesiæ hujus universa in interitum conje cit. Provincia cum Capitulo in dignitatem Dioceſanam evedta eſt, cuius primas Infulas obtinuit plenus meritis, DEO, hominibusque charus Dominus Episcopus Carolus Szalpek. Oppida numerat Comitatus Scepusiensis: Bela, Laibitz, Werbow, Straſa, Nowawes, Ruszkinowtze, Olafz, Welka, Podkrad, Matjowtze, Spiska, Soboto, Twarozna, Abrahamfalva, Betlehemfalva, Smölnitz, Gölnitz, Remete.

Tornensem, Ab-Ujvariensem, & Sarofensem Provinciam Slavis quidam adscribunt, plurium votis ductis, has exclu dere libet.

In Regno Slavorum, quidquid mundus procreat, reperire est. In montanis prædives aurum, argentumque eruitur, Gemmæ pretiosissimæ inveniuntur, metallum rarissimum, ferrum fortissimum fodiatur, aquarum defluxus svavissimi, scaterriginum protuberantiz saluberrimæ, fluvii quoque amœni terram inundant, atque montes, valles, planities, nemora fructuofissima Incolas lactant, fructibus, frugibusque innumeris deliciose sustentant, acidulæ copiose, thermæ frequentes Cpolonos delectant. Cereris spiritus, vinumque generosum abunde animos latifacit. Reperiuntur pisces rarissimi, caro omnis generis pinquissima. Verbo : omnia ad sustentationem deliciosam generis humani copiosissima. Hic charitas absque ambitione, conitans, hilaris, sincerusque animus, Religio summa cum pietate apud omnes Slavos Christiano - Catholica prædominatur, regnatque.

CA-

CAPUT IX.

DE

MORIBUS ET ETHNICISMO SLAVORUM.

Juvat hoc loco de Religione & moribus differere Slavorum, ut, quorum res gestas hoc Libro publicis monumentis consignamus, eorum etiam instituta, moresque complectamur. Slavi, qui ulteriore ripam Danubii tenebant, quemadmodum in fronte Germaniae ab hac parte positi, ita Germanorum Sacra secutos, nemo ambigit. Religiones ut in gente bellicosa paucæ, sed exquisitæ. Deos intra templorum parietes arctare, aut humani oris specie induere, infra cælestium Majestatem videbatur, lucos tamen, & nemora Deorum honoribus consecrare commune iis cum aliis gentibus, quod pulchrum ducerent, loci horrore, ac silentio reverentiam Numini conciliari. Thuistonem terra genitum, Mannumque ejus filium Deorum in numero, an Heroum haberent, Authores diffentiunt, Hertam tamen, seu terram matrem, præcipua quadam Religione

ne coluere. Cæsar *l)* Solem quoque, Lunam, ac Ignem: Tacitus autem *m)* Martem, Herculem, ac Mercurium Deorum in numero habitos ab eis fuisse refert. Illud certius, sortium, ac vaticiniorum nec unam fuisse speciem, nec usum infrequentem, sed quamquam nec avium Cantus, volatusque eis incogniti, proprium tamen gentis erat, ex equorum fremitu, hinnituque, Cælestium monitus explorare: pro Religionum modo mores etiam castiores. Sera Juvenum matrimonia, & severa: Uxores non pro more barbarorum multiplices, singulis contenti erant, nisi ambitio intercessit. Adulteriis & gentis verecundia, & præsens pœna modum statuebat: — Expulsam a marito conjugem, violati thori ream, nemo tecto hospitioque dignabatur, neque ulla tam arcta sanguinis conjunctio, quæ eis flagitio non abrumperet. Fœnus, & usura, vocabula erant ignota, doli, malæ fraudes, ac perjuria, ut viris indecora, longius etiam proscripta. Atvero Hospitii usus nusquam prolixior; arcere tecto bonos, nefarium habebatur: neque in ea humanitatis parte noti ullum ignotique discrimen fuit. Epularum apparatus pro dome-
fti-

l) Bell. Gall. Lib. VI. Cap. XXI. *m)* Lib. de German. Cap. IX. & XXXX.

stica cuiusque copia: nec, exhausta penu, vicinia deerat, quæ hospitem una, ac convivam eadem facilitate susciperet convivii frequentia, & de privatis, publicisque rebus suscepta deliberatio pretinm adebat. Cibi simplices, ac sine delicis ferina, aut bubula, in potum humor ex hordeo, ac frumento expressus, tunc Zythus, nunc vero Cerevisia, ditus. Vino præcipuum a raritate pretium, quod, Romanis propiores, vicino e littore mercabantur. Vestium præparcus erat modus: sagulo tum mas, tum fæmina utebatur; nudis brachiis, cruribusque sensu hyemis perexperti, quippe qui corpora ad tolerantiam frigoris ab ineunte ætate indurarint, quosdam ferarum tergora ad horrorem amiciebant; fibula, aut si ea deeffet, spina ex humeris suspensa. Maculis pelles inficere, aut armare cassidem militaris luxus erat, ad terrorem excogitatus: Urbium aut nullus, aut rarus apud eos usus, vicos habitabant, ædesque, nulla cæmenti, nulla lapidum structura visuras: quidquid ad frigus arcendum aptissimum, id etiam optimum, ne specus quidem dignari soliti, subter effossa humo, aut adversus ventos, & hyemes præfidia, aut adversus hostes ipsis latentibus profuturas.

Re.

Regium nomen quamvis usitatum postea, ante Marobudui, Tudrique etatem, qui Regie familiæ fuere capita, odiosum fere ac insolens. Quod si belli necessitas Ducem, Regemque postulabat, is e nobilitate, quam rerum gestarum gloria, aut Patrum merita commodabant, legebatur. Suffragiis omnium nominatus, probatusque, militari cum fremitu scuto impositus plaudentium, humeris ferebatur. Jam, quem Ducem sic inauguraraverant, in bello deserere nefas ultimum: Arma militis gladius, hastaque ferro brevi munita, ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo & cominus, & eminus ferirent. Missilia peditum propria singulis; scutum, framaque Equitum *) scutum reliquiss flagitium ad memoriam infame. Robur exercitus penes peditem: acies cuneis constabat. Capitis poena raro, & nisi bellum jus daret Principi, a Sacerdotibus decernenda. Transfugæ, ac Patriæ proditores ex infelici arbore pendere jussi: qui corpus nefariis polluerunt, palude, ac limo hausti vitam obsecnam obsecno mortis genere cladebant: mitior in cædes poena, pecoris certo numero, vel armenti redimenda. Nuptiarum Leges & paucæ & mi-

ni-

*) Simile armorum, & supperius attractum vestium genus, fuisse apud antiquos Hunnos, scribunt Hungarici historicci.

nimæ ambitiosæ. Dotem maritus sponsæ, contra ac nobis in usu est afferebat: &, ut virile munus sciret, scutum dabat, ac gladium, adjecto ad belli usum equo, & ad familiaris rei commodum boum jugo. Nec mortuorum honores a cætera moderatione abhorrebant: cadaver rego injectum, &, cum equo armisque eodem igne absumptis, in fossam demersum, quam cespes viridis pro mole marmorea contegebæt, pecunia usus diu nullus: mercatus permutatione rerum firiebatur: cætera paupertas obtinebat, hoc felicior, quod nesciretur, agri modus nec certus, nec stabilis, sed distinctus in annos singulos a Magistratu per familias divisus, ne privati boni studio publicum negligeretur.

Polybius paulo aliter describit mores Slavorum, dum ait: Slavi Mercurium unum maxime celebrant inventorem artium, Apollini, Martique, huic bellorum, illi morborum Deo thurificabant. Jovem in Cælestia imperium habere fatebantur, sed velut longe positum negligebant. Numinum porro suorum honoribus non pecorum modo victimas, sed hominum etiam immolabant, in magnis præsertim morborum, & præliorum periculis, primi cultus speciem rebantur eam, munia Deorum simulacra vimine contexta vi-

vis

vis hominibus complerent, quos deinde ferali illo in complexu lento incendio, incremarent. Nec funerum olim humana ratio, Hero concremato, non pretiosa modo supplex omnis, sed servi quoque, ac clientes, quorum conspectior ante alios erat gratia, eidem rogo sunt illati. Conjugii hæ leges erant, ut dotem conjugis, maritus domesticis e copiis compensaret, pecunia vero fructus omnes, ad utrumque communiter pertinerent: altero conjugum extinto, superstes hæres ex affe fieret, cæterum ampla viris in uxores, & liberos potestas erat, nec vitæ quidem mortisque arbitrio excepto, necis marito illatæ rea conjux, igne, tormentisque omnibus, quibus humana sævitia exfaciari solet, necabatur, corporis cultu, cæterisque vitæ socialis sagulis, pro vestitu verficoloribus, ac variegatis, utebantur: quidam, ut inter Principes, auratis etiam torquibus fulgebant, cæterum in sylvis, & ad fluvios habitare amabant, non tam vitandi, quam ut ad manum effent necessaria quotidiani usus instrumenta, aqua nempe, lignaque, & quamquam principio villas incolerent, pagosque nullis vindicos mœnibus, res tamen bellicas, & agriculturam exercebant, artium cæterarum rudes. Procopius n) scribit: Slavi & An-

tæ

tæ non uni parent viro, sed ab antiquo in populari vitam agunt, unum Deum fulguris effectorem Dominum hujus universi agnoscunt, eique boves, & cujuscunque generis hostias immolant. Prætera fluvios colunt, & Nymphas, & alia quædam Numinæ, & quibus omnibus operantur victu arido, incultoque tolerant: ingenium ipsis nec malignum, nec fraudulentum, mores hunicos in multis retinent.

**DEORUM MAGNUM NUMERUM TE-
NUERE SLAVI, QUORUM TESTE
SZTRZEDOWSKYO o) PRÆCIPUI
ERANT:**

Dii Majores

Peron, seu Pierun, id est Jupiter. Radogost, id est Mercurius. Witislav, seu Svatovit, id est, Deus quatuor facierum. Triglav, seu Mitislaw, id est, Deus trium Capitum. Dzawa, Siwa, Diewica, Krajobana - Venus. Bogoda, Neboda, Sikritek — Temperies.

F

Dii

o) In Sacra Morav. Hist, Lib. I.

Dii Minores Cœlestes

*Chazon Jazen, id est, Sol. Dobropan,
vel Zelon, id est, Mercurius. Chladolet, id
est, Saturnus. Chowor, id est, Typhon.
Marea, id est, Diana. Nocena, id est, Lu-
na. Ziwna, id est, Cereris. Makosla, id
est, Neptunus. Pochwist, Nehoda, id est, Tur-
bo.*

Dii Minores Inferorum

*Merot, id est, Pluto. Radams, id est,
Radamas. Nimwa, id est, Proserpina. Tas-
sani, vel Drascice, id est, Eumenides. Su-
dice, id est, Parcae. Vila, id est, Hecate.*

Dii Minores Terræ

*Tribik, id est, Lues. Hel, id est, Ca-
stor. Popel, id est, Polux. Ssetek, vel Skri-
tek, id est, Lar. Biblik, id est, Vesta.
Obranitel, id est, Deus Genius. Fanum Ve-
neri dicatum colebant Slavi Divinii, Nittræ,
Skalkæ, Letavæ, & in colle Brunensi, ubi
nunc Ecclesia in honorem SS. Petri & Pauli
erecta cernitur.*

CA

CAPUT X.

DE

RELIGIONE CHRISTIANA

SLAVORUM.

Sub Tiberio Cæfare, tenente Regnum Marcomannorum Vannio, S. Petrus Vicarius Christi primis annis post Ascensionem Domini manebat Jerosolimis, non qua Episcopus Jerosolimitanus, cum Jacobo eum Episcopatum contulerit, verum ut totius Ecclesiæ Salvatoris nostri Episcopus, dein transtulit Petrus sedem suam Antiochiam, ibique non solum Antiochenæ, verum universæ Christi Ecclesiæ sibi concreditæ, ut Pater universalis curam gescit. Anno Christi, docet Baronius, quadragesimo quinto transtulit Petrus Romanam sedem suam, eamque stabilivit, & Caput totius Ecclesiæ nominavit. Pagius cum Lactantio scribit, Petrum sub Neronne Imperatore Romanam venisse, secundum Spondanum Petrus Anno Christi quadragesimo quinto sedem Romæ stabilivit, & Anno quadragesimo sexto suos Discipulos in Episcopos consecravit, quibus postea

F a

se-

fedes proprias in diversis mundi partibus assignavit. Scribit Rer. Boji. Libro III. Hundius in Catalogo Episcop. Laureacen: in Historia Salisburg. & Schönleben in Annal. Carniol. pag. 3. ad Annum quadragesimum septimum, Laurentium creatum Episcopum per S. Petrum Laureaci sedem obtinuisse, cum autem hoc tempore inter Vannium Regem Marcomannorum Slavorum, & Romanos summa pax coleretur, Laurentius Laureacensis Episcopus cum suis Sacerdotibus Zelo sancto datus Marcomanniam Laureaco, quæ Urbs in Confinio Romani Imperii sita erat, subintravit, & Incolis fidem unice salvificam annunciat, quam, plurimi JESUM CHRISTUM filium Dei Salvatorem cognoscentes, secuti sunt, atque Ecclesiam Anno post Ascensionem Domini trigesimo teste Cuspiano & Augustino Sartorio p) ad majorem Christi Salvatoris gloriam Sarusficii in Moravia, tunc Marcomannia dicta, in circulo hodierno Brunensi ereverunt, in quo actu Thau'maturgam Immaculatam B. V. Mariam quotidianis miraculis coruscantem pii Christiani magno cultu venerantur, atque Slavonice *Matku starodávnú*, id est, antiquissimam Matrem nominant, quam, dum Anno 1757. ipse invise-

p) In Cistertio Bistertio Titulo 24. §. 728.

ferem, magna admiratione concursum multorum millium Marianorum Cultorum distinctis de Regnis confluentum conspexi, nec non signa antiquissimorum miraculorum innumerabilia oculis objecta habui.

Laureacensem Episcopatum ab ipsis Apostolis stabilitum fuisse, auctoritate vero Summi Pontificis Agapiti, idem docentis confirmatur, Simacus, qui Anno 498. Ecclesiam Christi rexit, Archi-Episcopo Laureensi Theodoro, praeter documenta, quibus hunc Episcopatum fundatum docet, pallium Archi - Episcopale transmisit; reperitur in Oppido Austricæ Enß inscriptio antiquissima, cùjus Author ignoratur :

Aspicis exiguum me magni nominis Urbem,

Quam tamen æternus curat, amatque Deus.

Hæc de Laureaco reliqua est; his Marcus in oris,

Cum Luca Christi dogma professus erat.

Author Libri de mort. persecutorum Cap.
II. ait: Usque initium Imperii Neronis Cæsar' Apostolos in cunctis Provinciis fundamentum fidei Catholicæ jecisse, et si non specificet Provincias, sapienter conjecturat cum Cuspiano Strzedowskius, etiam apud Marcomannos Slavos fidem propagatam per Apostolos, cum Slavi Mar-

co-

comanni confiniarii Romanorum fuerint, Apostoli vero etiam extra Romanas ditiones Evangelium prædicaverint, indubie ad vicinam Slavonicæ Marcomanniæ Provinciam iverint, &, si non ipsi saltem per Discipulos suos Verbum Dei annunciarerint *).

Hansius vult, non Laurentium, sed Syrum & Juventum Discipulos Petri Marcomanniam sub Vannio Rege subintrofasse, qui pacis cultæ gratia non adversabatur. Tempore vero Neronis ob persecutones graves, Christianos quam plurimos ex

*) Acta Sanctorum Hungariae in secundo semestri, in Mense Julio, de Divisione SS. Apostolorum sequentia habent : "Paulus denique post annum ab Ascensione Christi, adiit Apostolatum, in cipiensque ab Jeruzalem, pervenit usque ad Illyricum & Italiam, ac Hispaniam prædicans "Evangelium per annos triginta quinque. Sub "Nerone autem amputato Romæ capite, illic "sepelitur. „ Fuisse Illyricum ante Christum natum per Slavos, Slavones inhabitatum, patet ex illis, quæ dicta sunt de Alexandro Magno, superiori Cap. V.: Sirmensem Episcopatum in Illyrico seu Slavonia fuisse sedem Episcopalem divi Andronici, discipuli S. Pauli, patet etiam ex sequenti nota: *Vetusissimus* &c. Vide Appendix I. notam: *Ante responsum*:

ex ditionibus Romanis ad Marcomanniam, utpote vicinam, fugisse, atque fidem Christi propagasse, docet Cuspianus, fides Christiana occultabatur, cum publicus usus cum metu admitteretur apud Slavos usque Annum 174, quo ad Militensium Romanorum Christianorum militum preces Marcomanni vieti sunt, dum enim feroes in aciem descenderent, cœpit horrendo sono Cœlum strepere, & confictu nubium fulgura ingeminare, ingentibus procellis fusus imber adeo subegit Marcomannos, ut omnem palmam Romani retulerint, per quod Marcomanni Christiani, aversionem a fide Christiana accepere, multique eorum a fide Christi deflexere, ex eo, quod eos Deus; in quo summam spem colocabant, castigaverit. Andreas Presbyter Ratisbonensis, in Chron. & Aubertus Miraeus q) scribit: "Sub Commodo Cæsare idque Anno primo ejus Imperii, Anno vero Christi 182. Lucius Presbyter in Norico Evangelium Christi promulgabat, cuius fama etiam ad Marcomannos pervenit, quorum multi in fide vacillantes confirmati sunt. , Tertullianus testatur r): Tempore, quo ipse vixit, tantam Marcomannorum copiam fidem Christi assumpsisse,

ut

q) In fastis 21. Decemb. r) Apol. Cap. 37.

ut contra idololatras bellis gerendis par-
res redderentur, quod fuit circa Annum
Christi 182.

In Marcomannia permanxit inter plu-
rimos plebeos fides Christi usque Annum
396., quo Frdegildis, Filia Frdegildi,
& Coniux Chunimundi Regis Marcoman-
norum Slavorum, per virum pium Italum
intellexit magnum Dei servum esse S. Am-
brosum, quod fidelissime refert S. Pauli-
nus Episcopus Nolaensis; resciens Frde-
gildis Regina S. Ambrosii Ecclesiæ Do-
ctoris, & Mediolanensis Episcopi famam,
quæ ad universos Skavos pervenerat, mis-
sis ad eundem Antistitem muneribus, cer-
tam fidei formulam, ad quam se compo-
neret, ex illo petierat. Ambrosius, re-
cognita, fusa Epistola eandem instruxit,
sequenti anno Doctorem suum invisura
Italiam petiit, quem, dum Mediolani sa-
lutare contenderet, ante Frdegildis ad-
ventum Vir Sanctus vita excessit die
4ta Aprilis Anno 397. Sunt novissimi
Scriptores pauci, S. Paulini narrationibus
fidem nullam tribuentes, ex eo, quod
antiqui Scriptores hujus facti non memi-
nerint. Verum Romanis non omnia in-
notuere, quæ Sancti in exteris Regioni-
bus scriptis effectuare valuerunt, quia in
publicum dandi fructus spirituales no-
sem-

semper erat ratio, quare Romani ignorantes, meminisse non potuere, & Marcomannos Slavos ignorantia Litterarum tacere coegerit, cur Sanctos mendacii argueremus, Zelumque S. Ambrosi in dubium vocaremus, causam non reperio. Hæc fundamenta Religionis apud Slavos eo progressa sunt, ut suasu Reginæ, ipse Rex Savorum se, populumque tradiderit Romanæ fidei, ipsique Marcomanni inter præcipua Romana auxilia assūpti, magno gaudio Romanorum exercitui Imperatoris Honorii adnumerati fuerint, ac meruerint Honoria ni Marcomanni dici, quod non obtinuerint, si Christum non fuissent professi. Ita Marcellinus Lib. 31. de perpetua amicitia Marcomannorum cum Romanis. Ut eo majorem progressum nanciseretur fides Christi, Fridegildis fundavit Episcopatus Olo-mucensem, Nitriensem, Stokeraviensem, & Vetvariensem, quos Episcopo Laureensi subjectos esse voluit, Vetvar, ut Strzedowskius scribit, erat Velehradum, tempore Fridegildis Modoburgum dictum, ubi Regum Savorum sedes locabatur. Olo-mucensi Infula condecoratus est Fretolla discipulus S. Ambrosii. Nitriensi Sunnias, qui pias ad Sanctum Hieronymum litteras dedere, ut eis quasdam difficultates Scripturæ enodaret, quorum petito satisfactum fuisse, testantur responsoriarum Litteræ, quis Sto.

Stokeravæ, & Vetvarii jus summum Episcopale tenuerit, de nomine notatum non reperio.

Dum Avares nimium assurgerent, nul-
libi magis, quam, ubi Christi fides flore-
bat, graffati sunt, præfertim, mortuo S.
Severino, qui circa Annum 480. in Panno-
nia morabatur, & Slavis tanquam salutare
sidus fulsit, tunc enim emortua pene
tota est vera Religio, sub Carolo magno
fusa acie, perdomitisque Slavis, iterum
illuxit fidei lumen sub Rege Samoslavo,
quo tempore Carolus Magnus, Victoria
Pannoniam emensus, eam tradidit curæ Ar-
nonis Archi-Episcopi Salisburgenis, quam
Adrianus Papa addito pallio ei confirmavit.
Multæ hic sunt expendenda: primum circa
pietatem, Religionem, ac devotionem Ra-
sticis, seu Radislai, hæc in eo præcipue po-
nebatur, quod Christianæ fidei nomen de-
derit, & Sanctum Cyrillum ab Imperatore,
amore propagandæ unice salvificæ fidei,
magnis postulaverit precibus, ut quod per
Cyrillum, Deo opitulante, magnis, san-
ctisque spiritualibus fatigiis in Chazarorum
Provincia effectuatum fuit, id etiam in Mo-
ravia efficeretur, cui lætissimos misit nun-
cios, populum suum ab idolorum Cultu re-
cessisse, Christianamque Religionem, & le-
gem optatissima pietate observare, ac unice
de-

doctrinam subditis suis deesse; cum inde a principio veri cultus Divini idoneo Doctore careant, qui eos litteras, perfectamque legem edoceat; ideo vehementer supplicabat, ut talis vir ad Slavos mitteretur, qui plene fidem, & ordinem Divinæ Legis, viamque veritatis, populo ostendere valeat. Alterum: circa Cyrilli Ecclesiasticam dignitatem; omnes enim eum Episcopum consecratum fuisse affirmant, Episcopatuique, postquam illum aliquot Annis gessisset, renunciasse. In Olomucensium Episcoporum serie, quam Augustinus decretorum Doctor, ejusdemque Olomucensis, ac Brunnensis Ecclesiarum Præpositorus, Secretarius Regius, ad Stanislaum Olomucensem Episcopum edidit, de Cyrilli, ac Methodii Episcopatu cernitur. Item, hæc leguntur in Cosmæ Pragensis Chron. pag. II. Anno 894. : "Primus Archi - Episcopus natione Græcus, prius Constantinus Philosophus dictus, a Nicolao Primo Pontifice Maximo Anno Christi 887. sedem Velegradiensem suscepit, postquam Triballos primum, inde Svatoplugum Slavorum Regem cum universa gente in fide Christi iniciaret. Fuere hi Slavi Marcomanni Veterum quondam Historiis celebratissimi. Huic Ecclesiæ quinque Annis ferme præsedit, Archi-Episcopatus dignitatem reliquit, Adrianique Pontificis nutu Methodium Fratrem Ecclesiæ Velegradiensi præfecit. , ,

Dubravius in Historia Bohemica s) scribit de Borivorio Bohemiæ Duce, a SS. Methodio, & Cyrillo sacro fonte abluto, quod circa Annum Christi 894. factum narrat Cosmas Pragensis t): "Quum itaque non solum honorificam Borivorius, sed etiam fructuosam videt esse Religionem Christianam, ad illam vehementer aspirare coepit. Sed meliore mox spiritu affectus fuit, quum Divum Methodium Divi Cyilli Collegam, ambos Moraviæ primos Antistites, de fide & Religione differentem audivit; adfuit Spiritus Sancti gratia, animumque Borivorii, luce fidei Christianæ sic illustravit, ut ibidem statim cum multis suis Clientibus aqua salutari a Methodio tingeretur; deinde uxor quoque ejus, cui Ludmilla nomen, in Bohemia ab eo tincta fuit, & magnus præterea Bohemorum, utriusque sexus numerus ad Baptismum affuebat. Et paulo post, dum narrasset, Borivorium, male a Bohemis ob dogmatum Christi professionem acceptum, in Moraviam secedere, (Stoymiro in locum ejus Duce creato) coactum fuisse. Subjungit: Ita Borivorus dignitati suæ, exauctorato eodem Stoymiro, post decimum mensem restitutus, secum in Bohemiam Præfulem Methodium ex Moravia abduxit, ut ab impietate, quos posset, ad pietatem conver-

s) Lib. IV. Pag. 23. t) Chron. Pag. 11,

verteret, eosque in consortium Ecclesiaz Sanctæ adscriberet, quorum Ludmilla Borivorii uxor prima erat: dein liberi utriusque sexus, mox etiam Slaviborius Melnicensis, qui Borivorii sacer erat, cum tota familia sacro lavacro est ab eodem Methodio tintitus. Defectu templorum uni Deo consecratorum, sparsim tunc Methodius per ædes profanas rem Divinam faciebat, semenque verbi Dei disseminabat haud tanto profectu, fructuque inter raros, & diversos, quanto fieri poterat in coetu multorum, sed nec tanta dignitate in angulis, quam in templis sacrorum illi sacrificiorum obeundorum potestas fuit. Non cunctatus igitur Borivorus ad templum Pragæ ædificandum curam adjecit, conductisque operariis fundamenta sub titulo Divæ Virginis in loco maxime conspicuo, quem curiam latam vocabant, ponere jussit. Extruxit in Arce Vicensi Sacellum Divo Clementi, cuius Corpus Cyrillus Antistes ex Chersoneso Pontica in Moraviam attulit, ac deinceps Romanum secum extulit clarum Miraculis, ac venerandum, ideoque templo a Borivorio decoratum. ,,

Alterum idem mox facellum Divo Petro & Paulo, Ducibus ad Christianismum, Doctoribusque gentium, in colle, Zyderaso a Pragensibus dicto, ædificavit, atque cun-

cunctis in Ecclesiis Sacerdotes, a Methodio Præfule consecratos, constituit, stipendiaque eis de Ærario dare jussit. Scholas præterea instituit, in quibus flos juventutis latinis vacaret litteris. Nascitur Borvorio ex Ludmilla filiolus Boleslaus, ac Methodio Præfuli tingendus, ungendusque offertur, hac occasione Slavi Methodium adoriuntur, ardenteque Zelo ab ipso exigunt, ne sermone latino illis ignoto, sed Slavonico sibi usitato, Sacra, & Sacramenta perageret, postulatum Slavonicæ gentis Romam ad Cyrilum collegam, atque is ad Nicolaum Pontificem retulit; ambo Collegæ ob hanc relationem non Pontifici modo, sed frequenti etiam Patrum concilio deridendos se propinaverunt: sed ecce! improviso, vox sua sponte copiosa frequentia Patrum insonuit: “Omnis Spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur eum. , Qua voce percussus Romanus Pontifex secundum Petitionem Bohemorum respondendum Cyrillo duxit. — Cæterum non intra multos annos mos ille vernacula lingua inter Sacra cantandi viguit, abolente illum rursus Pontifice Romano; quem daret Slavis Antistitem, eidemque præscriberet, ne a ritu, ceremoniisque, & cantu Romano ullam in partem devium ageret. Non soli Bohemi, & Moravi Slavi, sed

sed præterea Myſiæ, Bulgaricæ, & horum populares Gazari, doctrinæ Moraviæ Slavorum Pontificum Cyrilli, & Methodii Christianitatem suam deferunt*). Neuter horum in sede sua Pontificiali extremum vitæ diem egit, sed uterque Romanam recedens ibidem vitam cum morte commutavit, atque in numerum Divorum relatus est. Methodio decadente in Antistitium Sacrorum Ordinem Joannes Moravus cooptatus est.

Sunt

*) Vetustissimus Russorum Historicus Nestor docet: Slavos, qui Sacris Christianis initiati ad Danubium inter Bulgaros degebant, sub Principibus Radislaeo seu Raſtice, Svetopoluco, ac Hezilone, legatione adornata, ab Michaele Graecorum Imperatore, Doctores fidei, & Sacrarum litterarum, quarum ipſi (Latini peræque ac Graeci sermonis expertes), nec litteras noſſent, nec ſenſum affequerentur, interpretes petiiffie; Imperatorem provinciam hanc Methodio ac Cyriſlo detuliffe; qui cum omnibus muneris concreti partibus usquequaque perfungerentur, & erimationibus nihilominus multorum paterent; Methodium tandem ex criminacionibus victorem, fratre Cyriſlo lingue Bulgaricæ condiscendæ cauſa reverſo, in Moravia mansiſſe, ſubinde ab Hezilone ad Episcopatum Sirmiensem, ſedem divi Andronici, S. Pauli diſcipuli, proiectum;

Scrutemur jam Nestoris verba, & ſenſum eorum.

Sunt Scriptores, qui his doctis Viris contrariantur, probareque attentant, narrationes eorum a vero alienas esse: cupiunt docere, S. Cyrillum nunquam mitra, pedoque

eorum indagemus curatius. Slavi Danubii accolæ, Bulgaris immixti, an possunt esse diversi ab illis, quos a mari Pontico, utriusque Bulgarorum fortunæ socios, versus Occidentem progressos Græci, Francique scripsere? Idem, cum suorum Principum Imperiis proni, jussa Radislai capessiverunt, excusserint necesse est, dudum tam Grecorum, quum Bulgarorum jugum. Et, cum Hezilo Methodium Sirmiensibus infulis admoverit, ac proinde Pannonicis Sacris præfecerit, pars quædam Panniarum ad Hezilonem, & eos, de quibus dictum, Slavos, pertinuerit; item, cum iidem Slavi Bulgaris immixti, juxta terras coluerunt, in Mæsia quoque certos terrarum tractus possederint, oportet. Jam apud eosdem Slavos Methodius manens, in Moravia mansisse a Nestore scribitur. Fundebatur itaque Moravia, & per Panniarum, & per Mæsiarum partem, illam scilicet, quam Moribus fluvius perstringit, ne nominis incunabula ejus, alibi, quam hic terrarum figenda, unde primum, licet jam dudum apud suos adulta, ad exteris prodierunt, & cum legatione Methodii, his primum locis suam Provinciam obeuntis, sub hoc nomine passim innotuerunt. Szklen. Lib. I. Cap. I. §. III, — Vide superiori Cap. V. notam folio 38.

doque in Slavorum Antistitem fuisse inauguratum. Tales non videntur vidisse Anthologium Ruthenorum apud Culcinium ad diem 14. Febr. ubi hæc leguntur: S. P. N. Cyrilli Episcopi Moraviæ, Apostoli Slavorum, qui ex græcis formavit Slavonicas litteras, baptisavitque Slavos. Et ad 11. Maji S. P. N. Methodius Episcopus Moraviæ, fuit Frater Cyrilli Philosophi, Apostoli Slavorum, Inventorisque litterarum Slavonicarum. In tabulis Martyrologii Romanî ad 9. Martii de ambobus Sanctis Slavorum Apostolis: In Moravia Sanctorum Episcoporum Cyrilli, & Methodii, qui multas illarum Regionum gentes cum earum Regibus ad fidem Christi perduxerunt. Baronius in Annotationibus ad Martyrologium Romanum ad 9. Martii: SS. Cyrilus ac Methodius Romæ morientes, miraculis clari sepulti sunt, quorum Sacras Reliquias nuper sub altari in ejusdem Ecclesiæ nimisrum S. Clementis Sacello pervetus reperitas esse accepi. Scribit quoque Octavius Poncirolus in Thesauris absconditis aliae Urbis: In dicta Ecclesia S. Clementis, quæ est 23 Regionis, duorum Sanctorum horum corpora affervari, colique eos die 9. Martii; translatæ postea eorum in Moraviam Reliquiæ, atque Brunne, quæ celebris memoriæ Civitas est, in collegiata S. Petri Ecclesia Reliquiæ, id est, Os bra-

chii S. Methodii, Apostoli Slavorum, integrum antiquissimæ argenteæ thecæ inclusum visitur. In Vita Num. 9. de utroque, postquam Romam, exeunte Anno 867. vel ineunte 868. sub Hadriano Papa advenerunt, scribitur: Multis itaque gratiarum actionibus præfato Philosopho, Constantino scilicet, sive Cyrillo pro tanto beneficio ob adlatas nempe S. Clementis Reliquias, redditis, consecraverunt ipsum, & Methodium in Episcopos. Certum enim est in Libro Ruthenico, Stepannaja Kniga dicto, id est, graduali, referri, S. Cyrillum, prius Constantinum Philosophum dictum, in Monachali vita Cyrilli nomen accepisse, in qua plenus recte, sancteque factorum ex vitæ hujus tenebris ad sempiternam lucem discessit. Etsi hæc referantur, non tamen obstat, Cyrillum, Episcopalem Infulam tenuisse. Philosophus nominatur ad distinctionem omnis, qui hoc quoque nomine gauderet. In monachali vita in æternitatem migrare potuit, etsi Antistitis munere functus fuerit, cum, Præsulatu relicto, quem Methodio transcripsit, monachalem repetierit vitam, cuius pium eximiæ virtutis exemplum secuti plures vitæ Sanctimonia eminentes Viri, relictis dignitatibus, in abscondita mundi se se receperunt.

Di-

Disceptant nonnulli, quo Anno a Methodio, & Cyrillo Slavis fides Christi annuntiata fuerit? cum parum ad rem & scopum propositi nostri conferat, uno, alterove anno citius, aut tardius factum fuerit, controversias in eo nectere non volumus, hæc accuratius tractaturi, dum Annales Sacro-profanos in lucem dederimus, aliquorum tamen opinionis meminisse non erit incongruum. Henschenius Slavos Anno Christi 856. a Cyrillo, & Methodio Christiana Sacra accepisse affirmat; ast Pagius ad Annum 863. N. 15. ait: Manifestum est Henschenium deceptum, ubi existimat, Cyrrillum, & Methodium ante Annum 856. hanc secundam expeditionem suscepisse: sic enim non per Annos quatuor, & dimidium, ut in vita dicitur, sed per decennium, & ultra in Moravia fuissent, quum Romam scilicet e Moravia circa Annum 867. venisse dicantur. Pagius itaque rejecta Henschenii sententia, ad Annum 863. Sacram Cyrrilli, ac Methodii in Moraviam expeditionem figit, inquiens ad Annum 866. n)
— Quum Cyrrillus, & Methodius in Moravia per Annos quatuor, & dimidium Evangelium disseminarint, Annoque 867. Romanam venerint, manifestum est, eos circa Annum 863. Bulgaria reliquisse, & ad

G 2

Mo-

*) Num. 2.

Moraviam perrexisse, verum si actis S. Cy-
illi, & Methodii fides est adhibenda, col-
ligitur, Slavos Christianam fidem a Metho-
dio non accepisse, nisi, postquam Michael
Rex Bulgarorum baptisma suscepit *) adeo-
que id factum oportet Anno 865. quia ta-
men constat, in Moravia, & Bulgaria San-
ctos illos Slavorum Apostolos, per Annos
quatuor cum dimidio Evangelium prædicas-
se, certum videtur, ante Annum 867, quo
Romam evocati perrexere, quatuor illos
cum dimidio prædicationis eorum Annos in-
choatos fuisse. Hinc intelligitur, Slavis a
Methodio fidem Christianam fuisse, an-
nunciatam ante Annum 867, quo Metho-
dius una cum Cyrillo Fratre Romam a
Nicolao Papa evocatus venit. Ut Slavo-
nico tamen idiomate Missas, Officiumque
Ecclesiasticum Slavi celebrare a Methodio
edocerentur, rejectis iis, qui latinam lin-
guam propugnabant, & Privinna, seu Pri-
nina ipso Comite interfecto, id non, nisi
Anno 870. contigisse videtur **).

Jam supra vidimus ex Annalibus Fran-
corum, Raesticem Slavorum Regem ab An-
no 855. usque ad Annum 870. excusso
Germaniæ Regis jugo, cunctisque fere Sla-

vo-

*) Vide notam superiorem Szklénárii. **) De
hac præmissa Materia vide in Actis Sanctorum
Hungariorum, vitam SS, Cyrilli & Methodii.

vorum Ducibus sibi adjunctis, sui juris effectum esse, quare, postquam Michael Bulgarorum Rex a Methodio ad Christi fidem conversus esset, Rastices, ejusdem Michaelis, ac Chazarorum exemplo incitatus, eudem Methodium ab Imperatore Græcorum ante Annum 866. expetiit, ut Slavos accederet, & se, suumque populum Christiana fide imbueret: sed, ut simul a Francorum Rege, cuius jugum excusserat, Slavi magis essent alieni, circa Annum 870, quo Bulgaris Episcopus Græcus, ejectis latinis, datus fuit, Methodium etiam tempori, gentique servientem induxit, ut Missas, Divinumque Officium in Slavonicum sermonem converteret: ac sic usus Slavonici idiomatis, seposito latino, in rebus sacris induceretur, atque Slavi propriis, non vero Juvavienibus subeissent Sacerdotibus. Et si Slavonicam linquam Methodius præ latina Slavos in Sacris usurpare docuit, non tamen Græcum ritum ad Slavos ab ipso fuisse inductum, neque Sacerdotes e Græcis fuisse evocatos, quemadmodum Græcus in Bulgariam ejectis latinis, immissus fuerat, tum ex testimonio Authoris Anonymi patet, tum ex litteris Præsulum Bojariorum, & Germanicorum ad Joannem IX. Papam anno 900. datis, in quibus conqueruntur quidem de novis Slavorum Episcopatibus apud se ereditis, deque diminuta per Slavos An-

ti.

quandam neophytam gentem , quam ipse
Dux domuit bello, & ex paganis Christia-
nos esse patravit. **)

Dum

**) Methodius Cyrilli Frater , testimonio Papæ
Joannis VIII. dicitur jam Pannoniensis, jam Mo-
raviensis Episcopus, modo in Pannoniam, modo
in Moraviam missus , videtur ex eo planissime
cogi posse, ut Pannonensem & Moravensem
Ecclesiam, ita Pannoniam & Moraviam fuisse
Provinciam unam. Szklenár Lib. I. Cap. II.
§. XVII.

Quod de Wicingo subdunt in sua epistola
Bavaricæ Episcopi , eum nempe non in Patavien-
sem Diaœcœsim , sed ad neophytam Nitriensium
gentem , Episcopum transmisum fuisse , a vero
nec minimum abhorret, etenim sic vita hominum
est, nemo ut ad malum accedat sine spe alicujus
commodi & emolumenti , at Episcopi Bavariæ
excludunt a Diaœcesi Patavensi Nitriam , sepe
proinde abdicant hoc terrarum tractu , & suam
jurisdictionem , cuius amplificandæ studio quivis
mortaliū ardet , ultiro coarctant , & constring-
gunt, quæ spes, quæ r̄es , quæ eos ad hoc men-
daciū, impulere emolumenta? an in suam per-
niciem jurisdictione in plagas Nitrienses , sepe
exuisse per mendaciū censendi sunt ? an id
Pontificem fugere potuisset? qui capropter pre-
cibus

Dum inter Carolomanum, & Svato-
plugum fluctuarent dissidia, nullis conciliari
potuit viis, fidei tamen augmento amicissi-
mus

cibus eorum manifesti mendacii compertis locum
nullum reliquisset?

At, inquit Salagius, Nittria Urolfus circiter
Anno 820. Cathedram Episcopalem posuerat Nit-
tria Adalramus Ecclesiam consecraverat, quomo-
do igitur temporibus Wicingi Episcopi gens
Nitriensis neophita? optime inquam: Testi-
bus tam illustribus, coavis, locorum suorum juris-
dictionis non ignaris fides nullo pacto abrogari
potest. Itaque Nittria Uolfi, & Alevini Epi-
scopi sedes, & templo ab Adalramo Archi-Epi-
scopo consecrato illustris, probe est discrimi-
nanda a Nittria Hungariae hodierna: proinde
sciendum, duplarem olim fuisse Nittriam, unam
quidem in finibus Pannonicarum, vel Mæsiarum,
Nitervo alias, vel Nitraviam, appellatam. Alteram in Provincia cognomine ad fluvium Nit-
tram, sitam. Primam illam existisse in Mæsiis,
facile & ex proclivi, evictum dabo; Biogra-
phus S. Maximiliani, cum viginti duas Civita-
tes Episcoporum, Lauriacensis Suffraganeorum
recenset, has inter cæteras enumerat: — — per
Mæsias autem Tirana, id est, Tirna, Nitraba,
Nitravia, Nitra, Nitervo, ejusdem sunt, ut
apparet, Civitatis nomina, nec nisi diversimode

mus effectus est, tentabatur diversis de causis desideratam inire pacem, sed in vanum omnia dicebantur, donec emolumentum propagationis fidei ante oculos constitueretur, postquam vero Svatoplugus a Carolomanno inducias obtinuisset, sequestratis curis belli-
cis, ad propagandam Christianam religionem ani-

a diversis Scriptoribus enunciata, & consignata;
fuit itaque Nitria Civitas Mæsiæ. Quod vero eandem Civitatem in finibus Panniarum seu Mæsiarum stetisse dixerim, neminem mirari subeat, ipsa Pannonia pars erat Mæsiæ, testis hujus rei est locuples Dandulus apud Lucium, sed hoc velut ob iter; rursum ad Nitriam redeo, ipse contextus orationis à biographo allatæ ostendit, Nitrabam, & Tirnam, ejusdem fuisse regionis Civitates, Tirna porro, seu Tirana, in vetere stabat Mæsia. Hodie dum in Bulgaria (hoc nomen Mæsia a Bulgaris tulit vistoribus) hodie dum inquam in Bulgaria, in Præfectura Sardicensi Urbs visitur Ternova, quæ a Tirana seu Tirna haud alia fuisse videtur. Nec enim Tirna potest respondere Hungariae Tirnaviæ, quæ nec Urbs unquam fuit Mæsiæ, nec ea tempestate existabat. Reliquum itaque est, ut & Nitria numerum Civitatum Mæsiæ auxerit. (Ortum & progressum Tirnaviæ, vide in Topographia Hung.) Szklen. Lib. I. Cap. I. §. XXIII. & XXIV.

animum convertit, simulacra, quibus Divinus cultus tribuebatur, ad quæ celeberrimi instituebantur concursus, plurium Veterum adhuc Religionem mordicitus tenetum sustulit. Ecclesiæ, in quibus cultus uni Deo debitus promoveretur, magnifice condidit, atque liberaliter donavit, quarum curam commendavit Sacerdotibus, Viris eruditione, & virtute præstantibus, qui populo præfessent, & rudibus præcepta fidei exponerent, Ecclesiis & Scholis adtribuit certos redditus, quibus Sacerdotum, & Instructorum Juventutis, familiæ alerentur, sedem quoque Episcopalem Welehradii in sedem Archi-Episcopalem consentiente, atque id ipsum approbante Joanne VIII. Pontifice maximo erexit x). Pluribus gestis bellis, poenitentia acta in ardua montis Zobor ad Nitriam Eremo, copiosis peccata deflens lachrimis, ad æternitatem vocatus est, haud dubie feliciter, cui tantæ curæ erat Christianæ fidei propagatio & in deferto corporis proprii ex amore Christi maceratio. Ulmanus y) cum Strzedowski refert, per Sacerdotes Bohemiæ S. Benedicti Swatobogium seu Swatoplugum cum titulo Sancti venerari, & in eorum Menologio undecima Martii adnotari, imo testatur

x) Pessina in Mart. Mor. Lib. II. Cap. VI. y)
Libro de Moravia, Parte II. Cap. VII, Pag.

tur idem Scriptor , ante unum saeculum
cum consensu Sacrae sedis Romanae , imagi-
nes quorundam Sanctorum Eremitarum in
cupro prodiisse , inter quos Eremitas etiam
Icon Swatobogii seu Swatoplugi visebatur
Olomucii apud Patres Capucinos in via
Crucis cum subscriptione :

Imperii victus Rex Swatocopius armis ,
Ad Zobor radices exuit arma jugi .
Hic tribus horrentis cultoribus hæsit Eremi ,
Pro Regno gaudens se reperiisse Deum .

Extinctis Regibus Slavorum , tametsi
Regnum divisum fuerit , non tamen defo-
latum est , cum fidem Romano-Catholicam
Slavi , Bohemi , Austriae , atque Hungariae
subjecti , retinere valuerint . Imo , ita o-
perante Divina gratia , ut primum Hungari
Slavos Socios bellorum Patriæque novæ na-
eti sunt , illico fidei Christianæ amici effecti
sunt , nam mediante Episcopo Pragense Bo-
hemio-Slavo S. Adalberto , Patre Slavnik
Libecensi Comite , Matre vero Strezuslavæ
orto , Hungari , relicto e Scythia adlato
ethnicismo agnitionem veræ fidei amplexi
sunt z). — S. Adalbertus D. Stephanum ,
Geysæ Principis Filium , Sacra baptismatis

un-

z) Vide Breviarium Romanum in 23. April , in
Patr. Hung.

unda abluit, ac in tenera ætate Præceptis Christianæ fidei imbuit, remque Christianam in Pannonia constituit, atque S. Stephano Institutorem dedit Sacerdotem Pooppatem, in cuius disciplina quantum proficerit, insignis postea Sanctimonia, & præclaræ regendi dotes palam faciunt, quoniam autem amplior erat vinea, quam, ut pauci, qui aderant, ei colendæ sufficerent operarii. Magno numero D. Benedicti filios e Bohemia, tunc per Slavos culta, accivit Geysa, eisque nobilissimum in Sacro Pannoniæ monte struere Coenobium instituit a). Quod subinde Seminarii instar fuit, equo non Apostolici modo Viri plurimi, verum etiam Ecclesiarum Antistites longo tempore legi consueverunt, certum est, S. Wolfgangum, ordinis S. Benedicti Monachum, fidem Catholicam dudum ante S. Adalbertum Hungaris insinuasse, cujus incensus Zelus obferocem Toxis animum optato carebat fructu, cum re infecta ad Infulas Ratisbonenses abierit. Porro Otto Cæsar, cui salus etiam Hungarorum æterna, curæ fuit, a Geysa postulavit, ut Christianæ fidei Præconibus legem Divinam per Hungariam promulgare liceret. Geysa sive jam tunc in Christiana Sacra inclinaret, seu frequen-

tio-

a) Palma in notitia rerum Hungaricarum parte prima Pag. 48.

tiorem hac ratione mercatum fore speraret,
 petitum haud gravate admisit. Hujus an-
 nuntiū fama, præter ingentem Christianorum
 numerum, plurimi ex ordine D. Benedicti
 Clerici, Presbyteri, Canonici, DD. Piligri-
 no Laureacensi, & Brunone, Verdensi An-
 tistite, Ducibus in Hungariam delati, ubivis
 propalam Legem Christi disseminare cæpe-
 runt, sed omnes hi, veluti umbra quædam
 comparuere, donec verum lumen fidei ple-
 narie acceptatum illuxisset opera S. Adal-
 berti, quem Slavum fuisse, cum natale
 solum, tum nomen Patris Slavnik, Ma-
 trisve Strezuslavæ prodit. Pars Slavorum,
 quæ Juribus Hungariæ subjecta est, felicem
 divisionem Regni magna lætitia experta est,
 non tantum ob pacem, dignitatesque re-
 tentas, sed vel maxime, quia fidem reti-
 nere, quod summe optabatur, & propa-
 gare, licuit, atque Christi Aseclis faven-
 tem Principem Geysam, post eum vero S.
 Stephanum Romano-Catholicæ fidei Zelofissi-
 sum defensorem nacti sunt, qui stabilita
 Religione Christiana, primus Regios sumpfit
 titulos, novamque Rempublicam adeo pro-
 vide, sapienterque ordinavit, ut, qui in
 Regno illi postea succeſſerant, ejus facta,
 institutaque pro Legum suarum norma ad-
 sciscerent: Hungari autem, una cum Hun-
 ga-

112

garisatis Slavis, quam religiosissime obser-
varent *). Sed vero non parum ad San-
ctissimi Regis gloriam facit, quod introdu-
cta per eum regiminis ratio, quoad capita
etiamnum perseveret. Religio vero Christia-
no-Catholica, & constans cum cæterarum
Matre, ac Magistra Ecclesia Romana con-
fessio, quingentis, & amplius annis firma
integraque stetit, hæresibus penitus ignora-
tis. Hæc fidei unitas, perinductam (sic di-
ctorum) Evangelicorum, & Reformatorum,
reformationem, 16to post Christum sæculo,
scif-

*) Octingentis jam annis in utraque fortuna socii
utriusque populi. Stant una labantque. Non
pauci postea ex posteris gentis, Nobilitate or-
nati, opibusque aucti, parentes exstiterunt fa-
miliarum & copiosarum, & hodie perantiquarum,
quæ quidem non minus Patriæ præstant,
quam debent, valent enim consilio, juris inter-
pretandi, dicundique facultate. Sine illis fri-
gent Fora, algent Curiae, — haec tenus Timon,
— ita Szklenär Lib. II. Cbp. IV. §. XI.

Arbitror, hic posse opportune addi, de mul-
tis etiam hac nostra ætate a probitate, ab eru-
ditione claris Slavis, istud Plinii Junioris ef-
fatum : “Sum ex iis, qui miror antiquos, non
„ tamen ita, ut ingenia nostrorum temporum
„ despiciam, neque enim in gignendis, opti-
„ mis laffa est, & quasi effeta Natura.”

scissa fuit, id quod diuturnis deinde bellis, & Calamitatibus occasionem præbuit, Evangelicos plurimi, Reformatos nullus Slavo-Hungarus fecutus est. Late disseminatae alienæ, a vera Religione Catholica Doctrinæ, hodierna adhuc luce (proh dolor!) multi Nobilitate, Fortuna, & Doctrina Excellentes Viri, Slavi Hungariæ, pertinaciter adhærent, Religio Romano-Catholica principem semper apud Slavos tenuit locum, atque in dies, in pristinum Christi ovile redeuntium numero efflorescit. Pravæ doctrinæ virus Annabaptistarum paucos Slavos superioris Hungariæ maculavit, sed Apostolica Cæsareo-Regia Majestas Maria Theresia, sancto amore salutis Regnicolis procurandæ accensa mediantibus Patribus Societatis JESU partem hanc populi felicissime extinxit, atque omnes Anno 1763. perniciosis erroribus infectos Incolas Levardenses, Santo-Joannenses, Sobotistienses, aliquosque ad lumen veræ fidei revocavit. Anno 1427. invadentibus Taboritis hæreticis Catholicos, Posonio Divinioque, usque Cremsirium Moravorum, sanguine Christiano-Catholicorum Slavorum madebat tellus, maxime Sacerdotum, qui amore salutis, hæreticæ pravitatis luem, ne latius serpet, sacris ad Concionem dictionibus impugnabant.

CA-

CAPUT XI.

DE

E P I S C O P A T I B U S,

Q U I B U S S L A V I P A R E N T .

Anno post Christum natum 396. S. Ambrosii Ecclesiæ Doctoris, & Mediolanensis Episcopi fama ad Slavos eo tum confinarios Germanias, seu idiomate Germanico Mark-Männer dictos pervenerat, ita, ut Regina Fritigil, ad eundem Antistitem missis muneribus certam fidei formulam, ad quam se componeret, ex illo petierit. Ambrosius, re cognita, fusa Epistola eamdem instruxit. Sequenti Anno Doctorem suum invisura erat Mediolani Fritigil: interea is excessit vita. Nihilominus tamen, hæc fundamenta Religionis eo progressa sunt, ut referente S. Paulino, suasu Reginæ ipse Rex Kunimundus se, & totum populum suum tradiderit Romanæ fidei, ipsique Slavi Marcomanni, inter præcipua Romana auxilia assumpti, dicti fuerint Honoriani, quod vix factum fuisset, nisi Christiani extitissent. Ita Marcellinus Lib. 31. de perpetua amicitia Marcomannorum cum Romanis. Ut

H

eo

eo majorem progressum haberet fides Christiana, Fritigildis fundavit Episcopatus Olomucensem, Nitriensem, Stokeravensem, & Vet-Variensem, quos Episcopo Laurenci subjectos esse voluit, Vet-var, ut Strzedowskius scribit, erat Velehradum, tempore Fritigildis Modoburgum dictum, ubi, teste Ulmano Tom. I. Cap. 16. Pag. 187. Regum Slavorum sedes erat. Olomucii Episcopus Fretella Discipulus S. Ambrosii, Nitriæ Sunnias, qui S. Hieronymo scripsere, ut eis declareret difficultatem Scripturæ habitam, qui pio petito satisfecit. Verum, cum gentiles nimium assurgerent, nullibi magis graffantes, quam ubi Christi fides vigebat, præsertim mortuo S. Severino, qui circa Annum 480. in Pannonia morabatur, simulque Slavis tamquam salvare Sidus fulsit, emortua pene est vera Religio. Anno 791. dum Carolus Magnus ex una parte Slavos debellasset, iterum Moraviæ illuxit fidei lumen, Rege in Moravia regnante Samoslawo, quo tempore Carolus Imperator devictam Pannoniam tradidit curæ Arnonis Archi-Episcopi Salisburgensis, quam Adrianus Primus Papa addito Pallio ei confirmavit Anno 792.

Geminas Episcopatus sedes fuisse apud Slavos unam Julio-Montii, seu Olomucii, alteram Nitriæ (tunc adhuc non divisa
Mo-

Moravia) patet ex litteris, quas dedit Eugenius II. Pontifex Anno 826, qui Episcopatus tunc subjecti erant Urolpho Laureacensi Archi-Episcopo *) Welehradii posthac prius Episcopatus fuisse censendus est, an-

H 2

te-

*) Eugenius II. Episcopus, Servus Servorum DEI, Rathfredo Sanctæ Favianensis Ecclesiaz, & Methodio Ecclesiaz Speculi Juliensis, quæ & Soriguturensis nuncupatur, atque Alevino Sanctæ Nittriensis Ecclesiaz, parique modo Arnoni Sanctæ Vetvarensis Ecclesiaz Episcopis: simul etiam Tuttundo, nec non Moymaro, Ducibus, & Optimatibus, exercitibusque plebis Hunniæ (quæ & Avaria dicitur) & Moraviae. Cum audivimus Christianissimam conversationem vestram, & sanctæ fidei, bonorumque operum vestrorum processum, summo gudio atque latitia fuimus exhilarati — — cujus optabilis rumoris index fuit Reverendissimus Yrolfus, Sanctæ Laureacensis Ecclesiaz Archi-Episcopus, & Sanctissimus Frater noster, vester autem spiritualis Pater, qui per suam Sanctam prædicationem adoptivos DEO vos genuit filios. Itaque ad Apostolorum limina orationis causa veniens, novam Ecclesiam nostris Apostolicis benedictionibus informandam subiude commendavit, quia Domino auxiliante Catholice gubernandam in vestris partibus suscepit; in quibus etiam quondam

tequam fieret Archi-Episcopatus, nam Pes-
sina docet, quod Svatoplugus sedem Episco-
palem Welehradii fundaverit, cui S. Cyrilus
prærerat, Roma redux, deinde eumdem ipsum
Episcopatum in Archi-Episcopatum evexe-
rit, consentiente, atque approbante Joanne
VIII. Pontifice maximo, ibidemque primus
Archi-Episcopus, prout, etiam nominabi-
mus, erat S. Cyrilus. Addit insuper Au-
thor nominatus, intuitu Archi-Episcopatus
Welehradiensis, a Svatoplugo distinctas Ec-
clesias cum propriis cuique sumptibus esse
constitutas, quarum Episcopi essent Suffra-
ganei Archi-Episcopi Welehradiensis (nam
Episcopatus Nitriæ, ac Julio-Montii sub
Radislao, temporum injuria squallebant de-
folati).

I. Episcopus; & Archi-Episcopus Slavo-
rum fuit Welehradii S. Cyrilus, ut con-
stat ex paulo ante dictis, convenient in hoc
Historici, quisnam subinde fuerit Nitrien-
sis, & Julio-Montanus Episcopus, hoc ex
Epistola Eugenii II. patet, in qua nominat
Methodium Ecclesiæ Speculi — Juliensis,
&

dam Romanorum quoque, Gepidarumque ætate,
ut lectio certum est, in septem Episcoporu[m]
Parochias, antecessores sui jure metropolitanu[m]
obtinuerunt, Diœcesim. Szklenár L. I. Cap. I.
§. XXVII.

& Alewinum Sanctæ Nitraviensis, aut Nitriensis Episcopos. Verum, quia hi ab Historicis non ita ponuntur intra ordinem Episcoporum Moraviae Slavorum, placebit se illis accomodare, non tamen dictos actu Episcopos plane omittere. Probat Pessina, hunc Methodium Episcopum Speculi-Julensem, cuius mentio in Eugenii Papæ litteris fit, fuisse diversum ab illo Methodio, qui S. Cyrilli Frater germanus erat, ac post illum Welehradiensis Archi-Episcopus, cum prior Illyricus ad Moraviam venerit circa Annum 826. ac pertinuerit ad Passavensem, seu Laureacensem Archi-Episcopum: demum obierit Anno 840. Sanctus autem Methodius Græcus, & ab Adriano II. qui ab Anno 867. usque ad 872. Pontificatum gessit, Moraviae Slavorum Apostolus, & tandem Archi-Episcopus, ut Baronius ex Joannis VIII. litteris probat, est constitutus: ut autem ad S. Cyrillum redeamus, erat is Thesalonicae clarissima Urbe Graciæ natus, ac prius nominatus Constantinus, & postea Romæ Cyrilus appellatus, simul ob præcellentiam philosophicæ scientiæ Philosophus vocatus. Amore divinioris Philosophiæ una cum Fratre suo Methodio inclusit sese Coenobio Constantinopoli sub Divi Basillii disciplina, vitam prorsus Angelicam vivendo. Verum Deus eosdem non tantum suæ intentos saluti, sed etiam pro-

ximi esse volebat, nam eo tempore copiosi ad Constantinopolim in Asiam, & Europam finibus vivebant, vultu quidem hominum, moribus autem ferarum praesertim speciem. Ad hos igitur mitigandos SS. Cyrillus, & Methodius, conductique a Theodora Orientis Imperatrice, Slavonicam condidicere linguam. Anno 848. apud Bulgaros conversionem animorum cæperunt, & salutifere perfecerunt. Aliæ Slavonicæ Provinciæ, quas Bollandus enumerat, Bulgaros imitari voluerunt, sed Moravia eos tandem obtinuit: quid in ea præstiterint, ex alibi recensitis collige. Eneas Sylvius de S. Cyrillo memorat, quod Romam egerit apud Pontificem, ut Slavorum lingua ejus gentis hominibus, quos baptizaverat, rem divinam faciens uti posset, de qua re, dum in sacro Senatu disceptaretur, audita vox est tamquam de Cœlo missa in hæc verba: “Omnis spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei, — indeque datum indultum Cyrillo, de secundo abitu Romanum, & obitu S. Cyrilli dixi alibi. — Hæc autem, a me dicta, vide apud Pessinam Lib. I. Cap. III. & Balb.

II. Archi-Episcopus in Moravia Weligradii S. Methodius erat post S. Cyrilli alterum Romanum abitum. Balbinus scribit
Me-

Methodium fuisse in arte pictorea peritum, ac, dum apud Bogorem Bulgarorum Regem moraretur, pictum ab eo fuisse Judicium extremum, quo viso, auditaque illius, ac veræ fidei explicatione Bogores permotus Baptismum petiit cum universa Nobilitate, ac populo. S. Methodius ex Moravia ad Bohemiam transivit, demum vero, fraternalis insistens vestigiis, Romam profectus, ibidem sanctissimæ virtutæ finem posuit. Post ejus obitum sedes Archi-Episcopalis vacavit, imo sicut Regni, ita etiam Archi-Episcopatus titulus, Moraviae interiit, obiit Anno 932. Anno 894. Slavorum Regnum esse desit, ut alibi fusiū retulimus, pars nempe Bohemis vicinior se ultiro fidei ac tutelæ Bohemiæ Ducis Wladislai I. submisit, quam ille ipsemet contra Hungaros egregie defendit, reliqua pars trans Moravam usque fluvium Vagum Granumque mansit in Hungarorum potestate. Slavi Jura quidem Hungariae accepere, neque tamen etsi Hungaris intermixti, moribusque Hungarorum imbuti, Legibus ita exigentibus, linguam Slavonicam relinquunt, imo Hungariæ Slavi Idioma Slavonicum apprimevidentur excolare. Dum S. Stephanus I. Hungariae Rex Regium thronum adeptus fuisset, Slavi sacræ ejus Coronæ pie subiecti, Episcopos, sacerdotiumque Christianum

no.

no-Catholicum acceperunt, atque præpribus Archi-Episcopo Strigonensi maxima pars Slavorum a Moravia, usque Granum subiecta est. Item, Slavi fere tota parte Nitriensi, & potiori Agriensi, & Vaciensi, Episcopis parent, Plerique etiam in Albensi, in Vesprimiensi, Jauriniensi, Quinqne-Ecclesiensi, Magnovaradinensi, Csanadiensi, Hungariae Episcopatibus, inveniuntur. Archi-Episcopatus Strigonensis D. Stephano I. Hungariæ Regi sua incunabula debet. Sicut ditionum ambitu, ita prærogativarum copia cæteris in Hungaria Episcopatibus antecelilt. Plerosque fideles Slavos numerat. *) Divisus est An. 1776. Mense Januario in Scepusiensem, cuius primus Episcopus D. Carolus Szalbek; in Rosnaviensem, cuius primus Episcopus D. Joannes Galgoczy, eo ante confirmationem mortuo, denominatus est D. Comes Antonius Revai; in Neosoliensem, hujus primam Tiaram obtinuit D.

Co-

*) Ex universis 391. in Archi-Dioecesi Strigonensi Parochiis. Puræ Slavonicæ Parochiæ sunt	216.
Slavico - mixtæ Parochiæ sunt	- - 93.
Ex universis 61. localibus Capellaniis Puræ Slavonicæ local. Capellaniæ sunt	- - 36.
Slavico - mixtæ local. Capellaniæ sunt	- - 14.
Necessitas linquæ Slavonicæ in Stationibus.	359.
Ex universis 172. Capellaniis curatis	
Puræ Slavonicæ Capellaniæ curatæ sunt	- - 56.
Slavico-mixtæ Capellaniæ curatæ sunt	- - 63.

Comes Franciscus Bertold : Amplissimæ virtutis ac sapientiæ Præfules. Rosnavia & Neosolium Anno, quo Episcopum, eodem accepit Capitulum sex Canonicis provisum. Capitula Gemina, Posoniense videlicet, & Scepusiense, ab antiquo Strigoniensi Tiaræ annexa fuere. De Ecclesia Scepusiensi traditione pervetusta ratum habetur: primum hujus conditorem S. Stephanum Regem Hungariæ extitisse, cuius fundamenta post devictos quosdam hostes, sub Patrocinio Divi Martini, cuius peculiari cultu tenebatur, jecit. Anno 1776. Scepusiensis Ecclesia in Episcopalem evencta est, Capitulo, Canonicisque in flore antiquo permanentibus. Hic animadverendum velim, hos Neo-erectos Episcopatus Rosnaviensem, Neosoliensem vix aliquos sibi subiectos fideles, præter Slavos, numerare. In Scepusiensi Slavi, Germani, Hungari, & Rutheni reperiuntur.

DE

EPISCOPATU NITTRIENSI.

Anno 396. a S. Ambrosio Ecclesiæ Doctore, & Mediolanensi Episcopo Fritigil Regina, in Doctrina Christiana scripto instructa, cum Regem Slavorum Cunimundum Primum, seu Rosemundum, tum maximam partem populi ad veræ fidei agnitionem pertraxit, duos Episcopatus fundavit in Regno suo, Olomucensem

& Nitriensem, ut alibi demonstravimus. Olomucii creatus est Episcopus Fretella, Nitriæ Sunnias. Affurgentibus in Christianos gentilibus ferme ex toto emortua est Christiana Religio. Adveniente S. Methodio Fratre S. Cyrilli, Slavi fidem Christi denuo assumpsere, Sanctusque Methodius Episcopi munere Nitriæ functus est; post S. Cyrilli secundum Romam discessum S. Methodius ad Olomucensem se Episcopatum transtulit. Methodio fuc-cessisse Albinum, seu Alevinum, scribit Incofferus, Alvino Wicingum sacerdotem, qui per Swatoplugum Regem ad Pontificem misus, perque Litteras Pontificias ad sanctam Nitriensem Ecclesiam administrandam, regendamque designatus est. Sunt scriptores, qui Nitriensem Ecclesiam Privinnæ Slavorum Regis opus esse volunt. Alii existimant Gyselam S. Stephani Regis consortem, sororemque Divi Henrici Imperatoris Ecclesię Nitriensis molem eduxisse.

Szentiványius ait: "Legi in antiquissimis Annalibus, adhuc ante adventum Hungarorum Nitriæ Episcopos resedisse, qui vices supplebant Episcoporum Lau-reacensium, quorum Diœcesis completebatur etiam Pannoniam. Sua fit sententiis hisce veritas: Fatorum tamen iniuitate con-

conversum, inque solitudinem redactum Episcopatum hunc æquum est judicare; quin imo Præposituræ duntaxat titulo insigniri cœpisse. Lex Colomanii Regis 22da: *Judicium ferri in aliqua Ecclesia interdicimus, nisi in Sede Episcopi, & majoribus Præposituris, uti Posonii, & Nitriæ.* Instituto itaque, vel potius restituto subinde per Geysam II. Episcopatu, Præpositura una cum titulo exstincta est, remanentibus Canoniciatibus, usque Annum 1780, quo Præpositus Nitriensis creatus est, per Augustissimam Cæsareo-Regiam Apostolicam Majestatem MARIAM THERESIAM. Bela Cæcus, consentiente Archi-Episcopo Strigonensi, partem hanc, ex qua Nitriensis Episcopatus conflatus est, quæve Archi-Diaconatum Nitriensem, aut Trenchinensem constituere tum videbatur, ex Strigonensi Archi-Episcopatu secernens, novum Episcopatum Nitriæ condidit, Præposito Capituli ad eam dignitatem provecto: Et hoc in causa fuit, ut, quod nupsiam alibi in Hungaria reperies, Capitulum per tot secula Præposito majore caruerit. Mathias Corvinus jus Patronatus in hunc Episcopatum in Michaelem Orszagh, quoad vixerit, transtulit, ut defuncto Nitriensi Episcopo, quem vellet, subrogare pro arbitrio suo posset. Hoc patet ex diplomate Mathiæ Corvini.

CA-

CAPUT XII.

DE

ACTIS DUCUM ET REGUM
SLAVORUM.

Aventino teste Lib. I. Annal. Boy. C. VII. Pag. 27. ad Danubium tempore Judicis Judæorum Jairi regnabat Brennus Rex Bavariæ, Sveviæque. Hic, ut scribit Calvisius, omnes gentes, et si multum gloriofas, quales Slavi erant, usque Tibiscum suæ subjecit potestati. Brenno I. successit in Regno Svevorum Brennus II., qui, ut refert Aventinus, centum Annis feliciter regnavit, potestatemque accepit regnandi, Tarquinio Prisco fundamentum ponente Romani Capitolii, quod factum legitur quadringentis Annis ante natum Salvatorem. Brennus II. Svevorum Rex, gentem Slavorum ad Danubium, ubi nunc Hungariæ, Moraviæque Slavi degunt, Ducum suorum semper mandatis parentem suæ potestati plenarie subjecit, atque ad Leges Svevorum obserandas coegit, nec non Confiniariorum nomine affecit, id est, idiomate Germanico Mark - Männer

no-

nominavit, quare Slavi, nomen Marcomanni sub Brenno II. ob confinia Regni per illos culta accepere, quod nomen retinuere, donec jugum Germaniæ sub Rege Slavo Babak exuissent, nec Mirum Marcomannos, tanquam Germaniæ Populum, per nonnullos scriptores notari, cum quatuor ante natum Salvatorem fasculis Svevis paruisse legantur, ipsi tamen nationis Slavonicæ erant. A tempore Geyse Principis subjacet magna pars Slavorum in Hungaria, Hungariæ Regibus, quisquis de illis aliquid chartis mandat, Hungaros esse ait, per hoc tamen non cessant esse Origine, & idiomate Slavi, prout superius diximus. Mandata Regiarum Majestatum non dantur populo Slavo Hungariæ, qua Slavo, sed Hungaro, quis tamen dixerit Natione, vel sanguine esse Hungaros? Juribus, & Nobilitate sunt Hungari, Lingua & Genealogia Slavi. Ita quoque antiquitus populo Slavo, Germaniæ Reges præerant in bellis, cunctisque negotiis publicis Svevis miscebantur Slavi, unde Romani, aliique scripsere de illis tanquam Germanis: cum major pars semper Germanorum fuerit, alii Marcomannos observant, Germanosque opinantur. Marcomanni merito dicebantur Slavi, ut-pote Confiniarii; Germani nominabantur

Re.

**Reges, Ducesque respiciendo, qui absque
dubio Slavi fuere, Gens ipsa Slava.**

Brenno II. successit in Regno Svevi-
co Brennus III. , qui affirmante Villichio
in Tacitum, & Goropio L. 6. magnis copi-
is invadens Romanos, eos devastavit, Ro-
mam cepit, hancque Anno ab Urbe con-
dita 363, qui erat Annus ante Christum
natum 386. deprædatus est, atque funeste
combuscit ; inter hujus Brenni potentissi-
mos numerabantur Marcomanni Slavi, Re-
gnorum ejus Confiniarii , quod testatur
Vellejus Paterculus pag. 466. hujus belli
occaſione Marcomanni Slavi, Italiæ inno-
tuere, sunt scriptores , qui Marcomannos
Italiam coluisse somniant , dum legunt,
bellica virtute per Marcomannos multa
heroica acta fuisse, qui non ut Incolæ,
verum ut bellatores , cum ibi , tum in a-
liis pluribus Regnis moram traxere , qui-
dam volunt Brennum , qui Romam com-
bussit, Gallum fuisse, ast hoc Aventinus
in Chronicis Bavanicis pag. 80. convincit
ex Strabone, Diodoro Siculo, & Plinio.
Brennum Germanum fuisse confirming Ap-
pianus , & Hieronymus Gattefridus Sa-
cellanus Aulicus Henrici VI. Siciliæ Re-
gis. Slavi Brenno rebus erepto humanis,
elegerunt sibi Duces , qui Svevis ob bo-
num pacis subjiciebantur.

SLA.

SLAVORUM DUCES.

Primus Ducali dignitate in gente Slavorum ornatus fuit Moravinus, a quo fluvius Morava denominationem, a fluvio Gens accepisse scribitur *).

Secundus Piramnis, qui potentiam suam a Danubio usque Herciniam Bohemiae sylvam dilatavit.

Tertius Arionistus, hic ad multiplicandam potentia^e su^e gentem interiora Herciniæ sylvæ subintravit.

Quartus Cimerius, Svevos bello acres, gloriaque militari illustres, gloriose devicit, & usque fluvium Rhenum penetravit.

Quintus Nasiwa, rem bellicam strenue tractare inexpertus, in omni belli discrimine stetit anceps, arma conserere non novit, graviori mole belli imminente succubuit, omnesque agros, opera Cimerii comparatos meticulosus Svevis cefit.

Sextus Ingevon, Stiris infestus, nunquam eos plene devicit, etsi crebro totam Rempublicam in summum discrimen adduxerit.

His

*) Vide in superiori Cap. X. finem Notæ Szkl. Marianæ incipientis; *Vetusissimus* &c. fol. 95,

His dominantibus in Slavos Ducibus,
Germaniam gubernabant quatuor successi-
ve Reges, omnes Brenni nuncupati, qui-
bus, expleto extremo vitæ die, succe-
dentes Sveviæ Reges non admisere, ut
de gente Slavonica Duces populi elige-
rentur, molesta Slavonicæ Nationis bella
metuentes, verum sibi immediatam mode-
rationem totius gentis retinuerunt, quo-
rum primus erat Bearmundus, qui ut ex
Aventino colligitur, dominabatur, dum
Carthago ab Africano Scipione, & Co-
rinthus a Mummio devicta, flammisque
consumpta fuit, quod computante Calvi-
sio accidit ante Christum natum Anno
144. Anno ante Christum centesimo vi-
gesimo septimo, parebant Slavi confiniarii
Svevorum Regi Boigero. Anno centesi-
mo ante Messiæ adventum Slavi Scorionis
Germani mandata audiebant. Anno 70. an-
te adventum Salvatoris subjecti erant Slavi
Arionisto, & Vachoni, Sveviæ Regibus.
Anno quinquagesimo ante ortum Redemp-
toris obsecundabant Slavi Imperio Berna-
baisti Regis Svevorum, de quo multa Græ-
ci scriptores referunt, residuis Annis usque
natum Christum præerant Slavis Reges Ger-
mani Coczius, & Norka, tandem Augusto
Cæsare opitulante, Marcomanni Germaniæ

Con.

Confiniarii, proprios adepti sunt Reges *b)*, quorum primus Marobodus creatus est.

Marcomanni Slavi, in statu adhuc populari Anno ab Urbe Roma condita 700. extenderunt sedes suas, ut docet Calvisius, ultra Hercinium saltum, & Danubium flumen in Pannoniam, dum autem Augustus omnes populos Pannoniæ devicisset, & limites Romani Imperii undique usque ad Danubium promovere statuisset, Marobodus novus Rex Marcomannorum, ab Augusto Romæ educationis beneficiis affectus, & populares suos Marcomannos Slavos intra Herciniam silvam retraxit, & Quados e Pannonia, reverentia Augusti motus, ad fedes suas pristinas revocavit.

REGES SLAVORUM.

I. Marobodus, quamprimum statum Marcomannorum mutavit in Regium, illico populos ferme omnes silvæ Herciniæ vicinos sibi subjecit, Semnones, qui secundum Ptolomeum erant albis Accolæ, Ligios, qui in inferiore Silesia degebant, Sibinos superioris Silesiæ Accolas, Sidones ultra Silesiam habitantes, Gothones, qui secundum Tacitum ad Vistulam domicilium tenebant. Potentia Marcomannorum Slavorum, quam & florentissimum sub Augusto Romanum

I

Im.

b) Julius Cæsar bell. Gall. Lib. I,

Imperium reformidare poterat; sicut studio unius Marobudi intra paucos Annos impetu quasi in summum Culmen evecta, ita, dum Romani illam Marte deprimere distinerentur, arte unius Drusi subito lapsu ad humilem ferme statum reducta est.

Potentia Regis Marobudui patet ex Vellejo Paterculo, qui sub Augusto, & Tiberio vivebat, referente Marobudum Anno ab Urbe condita septingentesimo quinquagesimo nono, qui erat Annus Christi sextus, exercitum habuisse pedestrium armatorum septuaginta millium, Equestrium quatuor millium; longius describit Marobudum Strabo Lib. VII. pag. 445. dum ait: Gentiles suos reverterat Marobuduus Juvenis inter suos nobilis, quodque ad gratiam valebat plurimum, manu & consilio promptus. Preium peregrinitas augebat, & quod Romæ egisset, nec vulgari apud Augustum fuisset loco, pervidisse credebatur omnia, quæ in Germaniam Consilia cuderentur, id fatis rudi populo, ut læto armorum strepitus fremitu Marobudum scuto impositum, humerisque de more sublatum, Ducebant Genit, Regemque salutarent.* Hoc favore suorum, his studiis usus Princeps, qui dudum majus aliquod animo Regnum agitabat, haud timide ad populum retulit, quæ de pristinis

* Vide F. 78. Morem eligendi & inaugrandi Regis.

nis illic deferendis sedibus sententia sibi stataret: irent modo, seque, quem Principem legissent ipsi, melioris fortunæ auspicem, Duceatque sequerentur: sedem ad Danubium fore fluviorum Regnatum: latera Herciniis silvis tecta, amicas a tergo Nationes, his instincti vocibus Marcomanni, quod certissimum assensus indicium, arma concrepant, iterque in primum melioris hunc exortum pronunciant c), quæ ubi illexit, convulsis temere tuguriis, ac supellectili, qualem necessitas quotidiana postulat, exportata, in viam alacres se dedere, adventu hostis tam potentis, animis concidere Boji, & qui Cimbros, nuper Theutones in se ruentes non sustinuerunt modo, sed in Noricum etiam averterant d), pristinæ nunc virtutis immemores, qua prima caique via, effusam in fugam se conjecere. Marcomanni Bojohemo potiti Quados admiserunt socios, qui per id tempus, ut multis videtur, a Moravia hodierna ad Moraviam, usque fluvium Danubium protensi, Septentrionis Austriam, æquas fere in partes divisam, cum Marcomannis Slavis possederunt. Marobodus dum Regnum sibi firmat, populorum alios vi, alios voluntate Imperio suo subjicit, & jam Lujos, Zumos, Mugilones, Butones, quique Prin-

c) Idem soquitus Tacitus Cap. II. d) Strabo Lib. VII.

cipatum inter Svevos obtinebant, Semtones, servire cogit e). Eam brevi famam rebus gestis sibi confecit, quæ Romanis invidiam moveret. Deinde Tiberius contra Marobudum pugnavit, cum Romanis, timere solitis, nisi timerentur. Sed in felici suo exitu, post hæc consurrexit contra Marobudum Arminius Cheruscorum Princeps, tunc apud Germanos in magna gloria propter devictum Romanum Ducem Varrum Quintilium, ab Arminio non est Morobodus vicitus, sed tantum ex acie retraxit se in Marcomanniam petiturus a Tiberio auxilia, quæ cum non obtinuisse Gotwala Juvenis, olim Marobudi metu profugus ad Gotones inclinatis Marcomannæ rebus, hos in validam militiam convocat, contra Marobudum surgit, iste a Tiberio Cæsare Romano, protectionem accipiens, Ravennam translatus, atque in Italia Annis 22 mansit, ibique mortuus est Anno Christi 42.

II. Post Marobuduum Insignibus Regni augustior redditus est Gotvalda, cuius facta paucis recensentur, cum brevissimo tempore videatur Regia gubernacula tenuisse f).

III.

e) Strabo Lib. VII. Pag. 445. f) Cornelius Tacitus Annal. Lib. II, §, 10.

III. Gotvaldæ successit Vannius Quadrorum Principis filius, sub quo Slavorum Regnum, servata pace cum Jubillo Her mundorum Rege, per triginta annos opibus, & numero excrevit g). Pagius refert: Re ge Vannio vivente, Anno Christi quadra gesimo octavo, Claudii Cæfaris secundo, Immaculata Deipara Virgo Maria Anno vi ta suæ sexagesimo tertio in Cœlos assump ta est.

IV. Vannii Regium Principatum occ upavit Vangius, filius Sororis Vannii. Hic Regnum in bifariam cum fratre suo Sido ne divisit Anno Christi 52do, quo Anno S. Philippus Apostolus ad Hieropolim in Afia pro Nomine JEZU Christi Salvatoris nostri cruci affixus, atque lapidatus est sub Cæfare Claudio.

V. Supremum dominatum, Vangio decedente, Cimber adeptus est.

VI. Hunc fecutus est Thudrus, quo rum uterque magna in humilitate imperare cogebatur, cum Regnum, per Vangium in se ipsum divisum, multum desolatum sit.

VII.

g) Cluverius Lib. III.

VII. Verabertus Successor in Regalibus Thudri, Antonio Pio Romanis imperante, Regnum suum contra complures hostium insultus fortiter, ac gloriose propugnavit.

VIII. Veraberto rebus humanis eretto, Regno præficitur Gunthericus, seu Marcomirus: cum Warperto Cathorum Rege, aliisque vicinis innito fœdere, atroci bello arma in Romanos movit, quibus superior effectus, teste Eutropio, terror Romanorum esse coepit. Romani semel, ac iterum cæsi ultra Danubium se recepere; novis collectis copiis, Cæsar Martem renovat contra Slavos Marcomannos, sed ab his intra montium valles, in angustissimis, aridissimisque cum toto exercitu conclusis agris, vel in ipso tunc vehementissimo solis æstu de sua, suorumque salute conclamare debuisset, si humana, & non speciali Superum virtute pugnatum fuisset. Nam ad ferventes Christianæ Legionis præces, copioso imbre Coelum recreavit Romanos; Marcomannos vero fulminibus partim territos, partim stratos in fugam egit, in cuius Victoria memoriam, Legio illa Christiana Fulminatrix est nuncupata, ita refert Pagius in Annum Christi 174. qui erat Annus decimus quartus Cæsaris M. Aurelii. Benjaminus Petrzek de Polkova in Historia Bo-

Bohemica, Anno 1596. scripta, ait, stragem, in qua, mediante imbre per Christianos piis fusis precibus impetrato, victoriam Romani reportarunt, extitisse in montibus intra Breslaviam, & Cracoviam, ac Petrikov. Viribus paucos post Annos reassumptis Marcomanni Slavi belli fortunam experiri cupiunt, resque ad arma spectantes magno ardore comparant, atque magnis calamitatibus Pannoniam afficiunt, quos periculis, nefariisque furoribus accensos Antoninus Commodus decimus quartus Romanorum Imperator gloriofis subegit armis, atque quadraginta annis permanfuram sanxit cum illis pacem; priusquam palmam Victori Cæsari dedit, per totam Pannoniam, Italiam, inquitiam Græciam internecino turbine belli grassabantur b). Teste Auberto Miræo in fastis, & Andrea Presbytero Ratisbonensi in Chron. Marcomanni varias nationes sub suo gubernio tenuere; præcipua autem erat natio Slava, quæ sub Marcomyro Rege ab aliis se separavit, atque Urbem Antoniam, a Druso Nerone ædificatam, in potestatem suam rededit, funditusque diruit, novam Civitatem eodem in loco Wiltaburgum, & Ultrajectum exstruxit.

IX.

b) Balbinus Miscell. Lib. II. Cap. III.

IX. A morte Marcomiri Attalus, seu Ardericus Sceptro potitus, gravi bello cum Gallieno Cæsare congressus est; Imperator, animo recuperandi a Slavis occupata, ingentem eduxit exercitum; sed captus amore filiæ Attali, eaque in throni & thori Consortem elevata, pacem coluit cum socero. Attalus, contempta pace, cum Duce filio suo Ibaldo in Italiam irrumpit, Mediolanum expugnat, & commissio binis vicibus campestri prælio, toties de Romanis triumphat. Ipse Cesar cum paucis e manibus hostium sese eripuit. Tandem restaurato prælio in tantum casi sunt Slavi a Romanis, ut in campis Ticinensisbus cæsorum sanguine pene stagnarent omnia.

X. Attalus Regni negotia moderanda Ferimundo reliquit, qui Vandalis, Moraviam depopulari strenuis viribus conantibus, tanta armorum virtute restitit, ut non tantum inimicos repulerit, verum plerosque, occupatis pretiosis Ducum, & Principum thesauris, in suam redegerit potestatem. Domitis Vandalis aciem in Romanos vertit, quibus triumphum cedere debuit, prælio inferior pacem, quam antea turbaverat, poscere compulsus.

XI. Ferimundo, factorum gloria pleno , letho ablato , Oſinuchus Regnum auspiciatus est , pacis cultor eximus , ab Equitio Illyrici Præfecto sub specie tractandæ pacis invitatus , post urbanam salutationem quietis tempore crudelissima cæde perimitur.

XII. Gabinus , de quo nihil memoratum dignum. Slavi, Regis sui Oſinuchi cæde irritati, solenni, veterique Gentis suæ ritu cruentum gladium per totum Regnum circumferri jubent , eo cum monito : qui ad arma contra Equitium non confluueret , gladio illo feriendum *). Constituto itaque sibi in Ducem Percha , Viro militaris animi , &

be-

*) Similem consuetudinem(in Icorpore Juris Ungarici P. I. T. III descriptam) obſervarunt anti qui Hanni, ut, dum aliquæ res communitatem æqua forte tangentes occurrerent, aut generalis expeditio exercitus incumberet, tunc Mucro, vel ensis sanquinis aspergine tintactus, media Hungarorum per habitacula, castraque deferretur, & vox præconica subsequeretur dicens, Vox DEI & præceptum Communitatis universæ est, tunc unusquisque in tali loco(eundem designando locum) armatus, vel qualiter potest, compareat, communitatis consilium, simul & præceptum auditurus. Hæc consuetudo inter Hungaros usque ad tempora Geyza Ducis extitit obſervata.

bellicæ artis peritissimo , extracta a Romanis munimenta evertunt , Præfidiarios trucidant, Pannoniam perdunt, Illyricum, Istrianque igne , & ferro depopulantur , & Opitergium clarissimam in Illyrico Urbem capiunt i). Ob præclaræ, egregiæque militaris famæ acta Percha a plurimis in numero Regum Slavorum habetur ,

XIII. Percha semper fortem , ac strenuam in bello navavit operam.

XIV. Bello hoc sopito , electus est in Regem Fridegildus , qui Farnobium Gothorum Ducem , post obtentam de Romanis victoriam superbius, licentiusque igne , ferroque vastantem Pannoniam , in ditionem suam redegit , obtrivit , superba victoria confecit , cuius palmae reportatæ gratia Fridgegildus ab Imperatore perpetuus Romani Imperii Amicus est appellatus.

XV. Fridgegildo rebus humanis erepto , sceptrum Regium in potestate Rosemundi fuit. Primus fidem Christiano-Catholicam secutus , opera Fritigildis Consortis suæ in fidei dogmatibus imbutus , quæ a S. Ambrosio plene edocta est , quem invisere volens

i) Balbinus Miscell. Lib. II. Cap. III.

lens Anno 397 die 4. Aprilis plenum meritis ad beatam immortalitatem demigrasse magno cum dolore audire debuit. *) Rosemundus cum Ostrogottis conflixit, ab iisque captus, transactione facta, Regno restitutus est. Injuriam, ab Ostrogotthis sibi illatam, acerba excandescens ulcisci industriosa opera conabatur; cum Regi Ostrogottorum sub specie amicitiae epulis exquisitis mensas ornat, facundosque sermones serens, magna virtute fortitudinis suæ, fœdo vulnere inficto, Regis vitæ finem attulit, ab amicis cæsi Regis ipse vulneribus acceptis fatis functus.

XVI. Chunnimundus, de quo nulla memoria præter Nomen.

XVII. Chunnimundo substitutus est Marothus, qui maculis opprobriosis Gentem totam Marcomannicam notabat, subditosque suos improbe regebat. Labem Nationi inustam delere, populumque flagitiis obscuratum subsequi Reges consolari quaren-tes, non Marcomannos, universos Regni Inscolas nominari voluere, sed Slaves; ut propte indignum censemtes, ut Gens, a Germanis independens, nomine Confiniariorum Germaniæ, seu Marcomanorum afficiatur.

XVIII.

*) Vide ad initium superioris Cap. X. §. In Markomonia.

XVIII, Post Marothum Babak Regio diademate inauguratur, de quo Pessina k) scribit, Bogium Slavorum Regem sub Valente Imperatore in Slavos dominatum fuisse, ac a Vinitherio, seu Vithimiro, ut vult Marcellinus, Gotthorum Rege prælio victum, & cum aliquot filiis, & septuaginta Primatibus Gentis occisum fuisse. Unus ex filiis Bogii, qui cladem evaserat, videns stationem suam non amplius esse securam, victoribus Gotthis ab una parte, ab altera Hunnis prementibus, cum reliquiis suæ Gentis in tutiora concessit, sensimque occidentem versus progrediens in Marcomanniam veterem appulit, ibique homines suæ linguae cernens hospitium petiit, quod facile, ubi ex sermone, cultusque cognatione populares suos esse cognovissent, impetravit, ex cuius Posteris Babak prodiit, qui præ cæteris bellica virtute; ac præclaris generosæ indolis dotibus insignis facile apud suos, cum post mortem Attilæ se se in libertatem vindicasset, Primum obtinuit, quo obtento, collectisque Slavorum Marcomannorum viribus, magna bella cum finitimis gessit. Primo cum Gepidis qui, ejectis filiis Attilæ, non modo Pannoniæ, sed & Slavis intendebat vim, ac servitutem.

Po-

Postea cum Gotthis, qui idem moliebantur, de quibus semel, atque iterum victoriam insignem reportavit. Ultimo tandem, in conflictu cum Theodorico Regis Gotthorum filio habito, multis vulneribus confectus, glriosus occubuit.

XIX. Babako sceptro, vitaque exuto, Saimo Rex salutatur, Princeps solertissimus. post debellatas Hunnorum, & Avarum reliquias, repulsosque nulla vacantes calamitate, Francos, longa Annorum serie feli- cissime regnavit.

XX. Marothus Samonis thronum occupat, longe omnium virtute, sapientia, & fortitudine militari florens, ideoque regimini ipsius tempore Regnum Slavorum florentissimum, potentissimumque, vicinis omnibus formidabile extitit.

XXI. Marothus filio Svatesio Regni gubernacula tradidit, haud multo post fortunæ rota, adversa prosperis, quieta tumultuosis, Martem denuo, furiis in consortium assertis, armavit, moestosque transtulit in Pannioniam, & Slavos casus, quibus Regnum paulo ante florentissimum, exterarum gentium impetu, ac violentia ad ruinam inclinatum pene concidit.

XXII.

XXII. Svatetio, seu Watosio in Regia dignitate substitutus est Samomir, Burachi Caranthani minor natu filius, Princeps omni bellica laude insignis, ut qui jam Svatetii tempore pugnacis & egregii Duciis famam virtute, & præclare gestis promoverit. Hic magna cum Hunnis bella gessit, prospero eventu repulsis Hunnis Regni sui fines protulit; per eum Hunnorum vires adeo attrite erant, ut, qui ante superbe omnibus insultabant, nunc pacem petere compellerentur. Castigata Hunnorum potentia, Samomir movit bellum in Polones, eo haud dubio consilio, ut etiam ab ea parte fines Regni dilatare posset, sed irrito conatu, cum præmatrice de hac vita vocatus sit.

XXIII. Samomiro suffectus est filius Samoslavus; hic Patris exemplo Regnum, strenue armis tuebatur adversus Hunnos, qui, violata fraudulenter pace, per confinia Regni graffari cœperant: Carolus Magius Slavos protegens, primo belli Anno ipse expeditioni præfuit, ac sola adventus fama Hunnos in fugam conjecit ¹⁾. Samoslavus, bello Hunnico servente, Bohemos armis exagitandos suscepit, in haud dubiam spem proferendorum ab ea parte Regni finium.

¹⁾ Pessina Lib. II. Cap. IV. pag. 128.

nium erexit, eo fidentius, quod Pipinum Caroli Cæsar is filium haberet ejusmodi consilii Anthorem, qui, bello Hunnico totis incumbens viribus, ne interea a Bohemis quidquam tentaretur hostile adversus populos Francorum foederatos, novo illos cum Slavis bello distinendos existimabat. Samoslavus priusquam aperto bello Bohemos aggrederetur, Præfectum Drzvevicensem, qui occidua Regni plagæ præerat, admonuit, ut ab illa parte, excursione in Bohemiam facta, causas novarum rerum querere non intermitteret. Hic igitur, comparata tam e popularibus, quam ex Hermundurorum reliquiis idonea ad excurrendum manu, acerrimam in eam Regionem, quam modo Czaslavensem ab Urbe isthic primaria dicimus, irruptionem fecit, summaque celeritate usus, pagos obvios dirripuit, & succendit: Castellum Hradek vi captum funesto incendio concremavit: Castellum Chateborka, ut ad angustias redactus, tanquam ad certum defensionis Castrum, configere valeret, firmiori mactria, & vallo communivit. Auctus novis Hermundurorum copiis, qui spe lucri agminatim ad eum confuebant, aliud rursum munimentum pro tutiori receptu ad sinistram Sazavæ Amnis ripam erexit: quod quia Hermundurorum præsidio firmavit Bohemi Brodam Teutonicam appellauit,

Jam-

Jamque Slavi, cum Hermunduris juncti, circumlato passim terrore non solum Horzeslao Korurzimensi Ethnarchæ, sed etiam Krzezomislo Pragensium Principi, quorum ditiones infestabant incursionibus pene assiduis, & cruentis, coeperunt esse formidabiles, & graves. Ne Slavi, latius in viscera Bohemiarum penetrantes, detrimenta majora inferrent, viamque, dum vellent, apertam haberent, Krzezomyslus, communicato cum Czaslavo, Viro prædivite, & opinione prudentiarum, præ cæteris insigni confilis, munimentum illis finibus, qui limiti Slavo-Moravo viciniores erant, tuendis commodum, & necessarium extruendum decrevit: ut isthic certa militum præsidia excubarent, atque ita permansiōni, & saluti Incolarum rectius, ac melius consulere tur: quod haud multo post in amoeno, planoque loco extructum est opera, & studio ejusdem Czaslavi, qui illud a nomine suo Czaslaviam vocari voluit. Brevi post hoc temporis intervallo Slavi-Moravi, contratis magnis copiis, Bohemiam denuo populabundi ingressi sunt; prius tamen duo munimenta Iglaviam, & Lipniciam Arcem in ipso Bohemiæ aditu summa celeritate adhibita erexerunt, ex quibus data opportunitate rei gerendæ, excursions in interiora Bohemiarum agerent, &, si necesse foret, adversariis prævalentibus, in ea certum, & tu-

tutum receptum habere possent. Quo fa-
cto præsidiis illis juxta, ac viribus freti ma-
gna undique heroicis discursionibus infere-
bant dítrimenta, in totam Regionem effusi
longe, lateque grássabantur, per omnia cæ-
des acerbas incendiis comiscentes. Tan-
dem Bohemi Proceres, tot, ac tantis Pa-
triæ illatis cladibus permoti, copiosum mi-
litem adversus Slavo-Moravos constitue-
runt, tradito summo totius exercitus impe-
rio Postislaø de Chlum, Viro militiæ expe-
rimentis claro, & locorum, in quibus bel-
lum geri debebat, apprime gnaro; ei in
mandatis dant, ut, coacto majore adhuc in
finitimis agris milite cum Csaslavo, Wo-
ssylavo, Slovacho, Newrsefo Pelemilo,
Badhosto, aliisque Nobilibus quamprimum
se se conjungat, obviam hosti perget, ejus-
que conatus reprimat. Slavi, magno rela-
to thesauro ex Bohemia post congressum,
ab Avaribus alia e parte infestati, pacta
cum Bohemis pace, arma contra Avares
generose vertere.

XXIV. Samoslavo telo fauciato Le-
chus coronam tenet, qui, commisso cum
Carolo Caroli Magni Imperatoris filio stre-
nuo prælio, gloriose occubuit. Polonica-
rum rerum Scriptores volunt, hunc Le-
chum fuisse Lescum secundum Poloniæ Du-
cem, qui vicinis Slavis tanquam Gentibus

suis auxilium contra Carolum ferens in luctuoso armorum congressu sanguinem fudit. Verum hunc ajunt non adversus Hunnos, sed Saxones, & Thuringos bellum suscepisse, & collatis vexillis inter armorum strepitum cecidisse, cujus interitum cum magnis conatibus ulcisci adlaboraret Miliuduch Soraborum Dux, tanquam ejus semper in bellis, contra Germanos gestis, individuus socius, pari fato a Carolo viatus extinguitur. Conjecturam hanc de Lecho Rege Slavorum non tanti aestimamus, ut pertinacius tuendam existimemus, rem, utcumque dubiam, in medio relinquimus.

XXV. Regio diademate Lechi Hormidor donatur, qui, dum maxime Principatu Bohemorum subjugando inhiaret, pestifero sauciatus vulnere, vita debitum solvit.

XXVI. Ab excessu Hormidoris collatus est in solium Regni Mogemir; hic primus e Regibus Slavorum cum Germanorum Principe Ludovico Imperatore amicitiam inivit; &, percusso Francofurti foedere, Imperii socius factus est; ex quo etiam ad petitionem Ludovici per universum Regnum libere Evangelium Christi praedicari facultatem impertitus est, Hierolpho Ecclesiae Laureacensis Archi-Episcopo, & Rath-

Rathfredo Favienſi , seu Viennenſi diligenti ſtudio hoc ſanctum opus promoventibus ^{m)}).

XXVII. Post Mogemirum Brynno Regios adipiſcitur honores , etiam Privinna dictus , plus pacis , quam belli amans , factiones inter ſuos nec prece , nec pretio , nec arte , nec Marte fedare potens , infidias una veritus , abdicato Regno , ad Rathbodum Pannoniæ Comitem confugit , ubi Christiana imbutus fide (juxta quosdam jam ante Catholicus) a Ludovico Germano Ludovici filio magna portione terræ donatus , pacatam uſque extreum vitæ diem duxit vitam .

XXVIII. Brynoni ſucceffit Mogemirus ſecundus , ſeu Radislaus , Ludovicum Germaniæ Regem bello infestans capitur , admotoque pupillæ candenti ferro , viſu priuatus ad perpetuos carceres in Bojariam abducitur , in quibus finem vivendi fecit .

XXIX. Coronam Mogemiri nactus eſt Raſtīcen Nepos Mogemiri , contra quem Rex Ludovicus parum proſpere exercitum duxit ; Raſtices enim bello ſuperior evaſit , ſtrenueque Ludovicum fugans plurima trans

K 2

Da-

^{m)} Peſſina Lib. 2. Cap. 4.

Danubium finitima Castra vastavit ; quæ Ludovicus graviter ferens, fortiori armatura collecta, Raesticem ad Castrum Tebeny, seu Divinium aggredi parat ; visa valida Ludovici manu, Raesticen pacem flagitavit, adeptusque est. Raestices laborum, periculorumque copia fractus, Nepotem suum Svatoplugum, jam tum multarum virtutum Adolescentem, ingenio, manuque promptum, Regnique hæredem, assentientibus Primoribus Gentis, in societatem Imperii ascivit, cui, diviso in bifarium exercitu, partem expeditionis armaturæ ducendam, regendamque tradidit. De Svatoplugo cunctis Nationibus, notissimo subsequo Capite fusius differemus. Quod autem quam fiat, en Svatoplugi heroica acta compendiosse, attamen nervose, in hoc praemissio Epitaphio.



EPI-

EPITAPHIUM.

Mahumero II. Magno Turcorum & Græcorum Imperatori inscriptum, non tam bune, quam potissimum & glorioſiſſimum Regem Svatoplugum repræſentans,

Qui vici innumeros populos, tot Regna,
tot urbes
Solus, & immensi, qui timor orbis eram.
Me rapuit, quæcunque rapit mors improba; sed sum
Virtute excelsa ductus ad astra tamen. *)
Major Alexander non me fuit Hannibal &
non,
Fuderit ausonios tot licet ille duces
Vici victores danaum: domuique feroceſ
Chaoniae populos, fauromatasque truces,
Pannonius ſenſit, quantum ſurgebat in armis
Vis mea. Quæ latio cognita nuper erat.
Arſacides ſenſere manus has, ſenſit arabsque,
Et mea ſunt Perzæ cognita tela duci.
Mens fuerat, bellare Rhodon: ſuperare
superbam
Italiam. Sed non fata dedere modum. **)
Hei mihi! nam rapuit mors aspera quæque
sub alto
Pectore condideram, vertit & hora brevis
Sic hominum fastus eunt, & Stemata, ſicque
Imperia, atque aurum, quidquid & orbis
habet.

*) Hic intellige catholici Svatoplugi R. catholici ſum ſuspirium, quo olim Ferdinandus IV. Imp.

& Rex Hungariae, in fide catholica moriens glorificabatur. *Ad Dominum nostrum propero, Dominusque Mariam, Catholica, dixit me comitante fide.*

**) Quos non domuit bello, terruit sola fama Svatoplugus, velut alter Magnus Alexander, Orbis, aut invictus Hannibal, Romanorum, terror. Ut in his duobus Heroibus breviter proponam, magnum militarem animum, & invictum robur Svatoplugi Regis; en brevem eorumdem descriptio-
nem: Magnus Alexander corpore parvus erat, de quo Justinus Historicus Libro IX. sequentia
habet — Philippus Macedoniae Rex obfesso By-
zantio, filium Alexandrum, XVIII. Annos na-
tum, ut sub militia patris tyrocinii rudimenta
deponeret, ad se accersit. Lib: XI. Erat Ale-
xander M. post mortem Patris XX. Annos natus,
in qua etate, ita moderate de se multa pollicitus
est, ut appareret, plura eum experimentis reser-
vare. Macedonibus immunitatem cunctarum re-
rum, praeter militie vacationem dedit, quo facto,
tantum sibi favorem omnium conciliavit, ut cor-
pus hominis, non virtutem Regis, mutasse se
dicerent. Libro XII. Decessit Alexander Ma-
gnum, Mense uno & Annos XXXIII. natus. Vir
supra humanam potentiam magnitudine animi
praeditus. Accepto Imperio Regem se terrarum
omnium, ac Mundi. appellari jussit, tantamque
fiduciam suis militibus fecit, ut illo praesente
nullius hostis arma, nec inermes timuerint. Ita-
que cum nullo hostium unquam congressus est,

quem

quem non vicerit. Nullam Urbem obsedit, quam non expugnaverit. Nullam gentem adiit quam non calcaverit.

Bergomense supplementum Chronicarum , militares Hannibalis dotes sic describit Lib. VII- Hannibal Amilcaris filius, quique & viginti tantum etatis annos habens , Imperator Carthaginensium exercitus (quia de eo plus Milites, quam de alio confidebant) creatus est ; hic quippe tanto ceteris ducibus prudentia, audacia, consilioque ad pericula capessenda : quanto populus Romanus, cunctas gentes fortitudine, anteibat. Cujus quidem corpus nec fatigari, nec animus unquam vinci poterat. Calori ac frigori par patria, cibi, potisque naturali desiderio, non voluptate, modus finitus est. Vigiliarum , semnique nec die nec nocte discriminata tempora. Id quod gerendis rebus supererat, quieti datum , ea , neque molli Strato , neque silentio accersita, multi saepe mirati sagulo inopem humi jacentem inter custodias , stationesque militum conspexerunt, vestitu nihil inter squales excellens, arma, atque equi conspiciebantur ab eo. Equitum, peditumque idem longe primus erat, Princeps in predium ibat, ultimus confecto prælio recedebat, & ideo, quandocumque cum quibusvis populis congressus est, semper superior evasit, vel discessit. Reputa chare lector, tam hæc, quam alia in Epi- taphio expressa, in Svatoplugo esse impleta.

L

CA

CAPUT XIII.

DE
SVATOPLUGO SLAVORUM
R E G E.

Svatoplugus Moymiri Principis filius Welehradii in Moravia natus, inde ab incunabulis, magnarum se virtutum Heroem fore, industria dabat, in universæ Gentis Slavonicæ magnam spem adolescebat, ad plenos magnis passibus properabat dies. Totius Regni Proceres singulari amore in eum ferebantur ^{n).} Rastices Rex Slavorum Svatoplugum in adolescentia dignum corona æstimabat, participem ingenio, manuque promptum Imperii fecit^{o),} divisò bifariam exercitu, partem armaturæ ei ducendam, régendamque tradidit ^{o).} Svatoplugus Nephos Rasticis, propriis utilitatibus consulens, se Carolomanno una cum Regno, quod tenebat, obtulit. Auditò consilio Svatoplugi, Rasticen magnam in furiam actus, Nephoni occulcè ponit insidias, eumque in convivio jugulari demandat; sed beneyvolentium

svafu

ⁿ⁾ Timon in Imag. Antiquæ Hungariæ Lib. 3 Cap. 3.

^{o)} Pettini Lib. 2. Cap. 5. pag. 155.

svasu liberatus est; nam ante ingressum armatorum, quibus jugulatio in effectum deducenda commissa est, surrexit de loco convivii, annuente sibi quodam ejusdem fraudis conscio, &, quasi cum falconibus ludum exercens, præparatas devitavit insidias. Raesticen, videns denudatum consilium suum, Nepotem cum militibus comprehensurus insequitur; sed justo judicio DEI captus est laqueo, quem tetendit; nam ab eodem Nepote suo comprehenditur, ligatus Carolomanni potestati subjicitur, a quo, stricta observantia custoditus, Bojariæ usque adventum Regis in obscuro ergastulo detinebatur. Carolmannus vero, Regnum illus nullo resistente ingressus, cunctas Civitates, & Castella in ditionem accepit, & ordinato Regno, atque per suos disposito, gaza Regia ditatus, gloriose rediit. Existente Ludovico Regc in Aquensi Palatio, accessere eum Legati Ludovici Imperatoris, simulque Adriani Papæ, quos honorifice suscepit, & ad placitum petitis satisfecit. Inde Bojariam profectus, celebrato consilio, Raesticem gravi ligatum catena sibi præsentari mandavit, atque Francorum, Bojariorumque judicio, qui de diversis Provinciis Regi munera deferentes aderant, morte damnatum, luminibus oculorum privari præcepit p).

Sva-

p) Annal, Fr. Ful.

Svatoplugus, etiam Sventibald dictus, Nepos Rafticis apud Carolomannum infidelitatis crimine insimulatus, in custodiam missus est. Slavi autem, Ducem suum periisse putantes, Presbyterum ejus Ducis propinquum Sclagamarum, vel Slavimyrum in Principem suum constituant, ei minantes interitum, nisi Ducatum susciperet, qui, necessitate impulsus, assensum praebuit, supradicique Ducis honores, & officium acceptavit, contra Engliscalcum, & Wilhelmum Duces Carolomanni peritissime prælia mouit, omnique conatu eos ab obsessis Civitatibus removere nitebatur. Lüdovicus, ad occidentem profectus, Civitates, Oppida, villasque suæ jurisdictionis contemplabatur. ut, si quid præter opinionem, & voluntati adversum accidisset, præmature mederi valeret. Interea Zventibald, seu Svatoplugus, cum nullus crima, quibus eum foede colabant, probare potuisset, a Carolomanno dimissus, & munieribus Regiis condecoratus in Regnum suum rediit.

Carolomannus summæ laudis indolem, magnanimitatem, fortisque Svatoplugi animum cognoscens, officiose Virum Marteclarum requisivit, ut cum exercitu Carolomanni Sclagamarum humiliaret; grato pectito pronus annuit Svatoplugus, Sclagamarumque citissime omni insolentia, & potentia

tia exūit. Cognita virtute bellica Svatoplugi, miles Carolomanni in perpetuum Svatoplugum Ducem, Dominumque suum fore exoptabat; armatorum benevolentiam nactus Svatoplugus ad ulciscendam contumeliam a Carolomanno sibi illatam vires, studiumque convertit, Boarios gloria militari illustres munitissimis in castris aggressus, plerosque vivos comprehendit, cæteris pene omnibus occisis: Omnis Noricorum lætitia de multis retro victoriis conversa est in luctum, lachrimosamque moestitiam. Carolomannus audito diro exercitus sui interitu, turbido animi motu fluctuavit, vi, metuque subatus magnam militum multitudinem ex agris, Oppidisque congregavit, & in strenui belli societatem convocavit, lectam armatorum manum ad signa coegit, & armis exercitatiissimos omni vi Svatoplugo opposuit; ast virtute bellica Svatoplugi, adeo copiæ ejus prostratae sunt, ut vix unum Ratbodenem de prælio illo semi-mortuum receperit. Suis viribus Carolomannus Svatoplugo resistendo impotens, Thuringos, & Saxones contra Slavos misit, qui a Slavis fugati, devictique, plurimis suorum amissis, turpiter redierunt. Viribus collectis mittuntur copiæ de Francia Carolomanno in auxilium contra Slavos, quorum quinque numerabantur Duces: Zvetislans, Witislans, Helzimann, Spoitimann, Moyslan. Hi Slavos

vos ad fluvium Fludaha aggressi fortiter pressere, palmam tamen Slavis cedere coacti, plurimis suorum amissis, magna cum difficultate regressi sunt. Svatoplugus famosus in Orbe Slavorum Rex misso exercitu Bajoarios, litus Fludahæ fluminis ob-sidentes, dispulit, territorium cum omni militari apparatu occupavit, alios occidit, alios in flumen actos vorticibus undæ meruit, plurimos vero duxit captivos, cum paucis inde Embricus Ratisbonensis Civitatis Episcopus evasit.

Anno 876. Svatoplugus Adelhaidam Carolomanni Bavariae Regis ex Lidovinda Carinthia filiam, & Arnulphi Imperatoris Sororem germanam connubii foedere sibi sociavit q). Svatoplugus, collectis Slavorum copiis, ultra Danubium generosum misit exercitum, qui fortissimis Pannoniae Ducibus acerrime resistit, totamque Pannoniam immaniter igne, & ferrôdevastat, deterit, & confundit: ita, ut non immerito hanc ad miseriam versus compositus fit:

HIC-

q) Stredowsky Lib. 3. Cap. 7. pag. 304.

HIC PATRIÆ PLANCTUS, SIMUL ET MISERABILE FUNUS.

Pingui accepta præda, Svatoplugus cum copiis felicissime, glorioseque remeavit in sua, qui tantum possidebat fortissimorum Slavorum militum numerum, ut ad fluuium Raab ab ortu, usque vesperam lucis, exercitus ejus absque minima interruptione præterire cerneretur, cum qua multitudine in Regno Arnulphi per duodecim dies fauste pugnando versabatur, demum innumeris reportatis victoriis, prospere reversus. Pannonum præcipui Duces armis Svatoplugi subacti occubere, atque, ut Annales Fulenses testantur, in flumine Hrapa, vel Raab vitam finivere Megingor, & Papo; Bertold vero Comes cum Fratre, & aliis magnarum virtutum Ducibus a Slavis servatus est. Anno 885. Imperator, per Bojovariam ad Orientem profectus, prope flumen Tullinam in Seiselmaur Austriae præsentibus Bajavariorum Principibus cum Svatoplugo pacem iniit, paucumque post tempus, cum Arnulphus cum Svatoplugo generalem conventum in Omunterasperch celebrasset, pacem initam renovavit. Arnulphus Curtæ Regia Ulma magno, splendidoque apparatu Natalem Domini celebravit, cuius honorificæ, sumptuosæque festivitatis Svatoplugum participem fore, ma-

gno.

gno zelo exoptavit. Svatoplugus affabilitati Arnulphi minimam tribuebat fidem, metuens, ne, ob illata dudum in Regno Arnulphi **damna**, jucundas epulas sanguine suo posteris memorabiles reddere eum contingeret. Inde Arnulphus irato animo Hengisveldoni cum Brezlavonē Duce Svatoplugum aggredi constituit, consultumque fuit, ut tribus exercitibus Regnum Slavorum inexpectati invaderent. Rex equidem, assumptis secum Frnacis, Bojoariis, & Alemannis, mense Julio r) Slavos, cum quorum Rege Curtæ Regiae spondebat se pacem servaturum, armata manu salutat, atque per quatuor hebdomadas Regnum inopinatè aggressus vastat, uritque, Hungaris etiam Arnulpho pro adjutorio venientibus s).

Svatoplugus prospere inexpectato hosti se opponit, quem, quum Arnulphus cum Francis, Bojoariis, & Alemannis vincere nequiret, Hungarorum gentem in auxilium convocat, junctis multarum gentium viribus, & armis, magno labore, sanguinisque profusione Svatoplugum fortem, celeberrimumque defensorum Regni vincit, (Profecto, si gentium tantarum vel quarta

r) Freherianus Fuldensium Annalium continuator an Annum 889. s) Luitprandus Lib. I, Cap. 5. Mar. T, II. pag. 428.

ta pars Svatoplugo favere voluisse, ob virtutes proprias, Slavique generosi militis, non minus Alexandro Magno Svatoplugus profecisset) *) Devicto Svatoplugo Arnulphus, pace parta, Segno potitur. **) Hungari ob servato exitu, contemplati Regionem, cordibus malum, quod postmodum in pro patulo apparuit, machinabantur. Hic ob servandum venit, Thurocium, Bonfinium que Hungaros Scriptores multum errare, dum omnem suppressionem Regni Slavonici Hungaris adscribunt, de Arnulphi, aliorumque armis nullam facientes memoriam. Hungari solum pars edjutrix in ruinanda Republica Slavorum erant, qui in Regno, per Arnulphum, Bojoarios, & Alemannos ruinato, palmam reportavere. Optime intelligere licet, non una Hungarorum virtute Svatoplugum victum; verum plurium gentium sanguinis profusione subactum fuisse, ex Cl. Scriptore Hungariæ Stephano Katalna Regiæ Universitatis Budensis Historiarum Doctore Actuali, qui in Historia Primum Hungariæ Ducum t) scribit " - - - " Auditis Hungarorum progressionibus, Arnulphus Imperator eorum auxilium in Ma ra-

*) De heroica virtute Slavorum militum jam sub Alexandro Magno, sat clare innuit hujus Privilium Cap. V. **) Szklenar: Lib. II, Cap. IV. § V.

t) In Annum Christi 893, pag. 142.

" rahanenses Slavos arceffendum existima-
 " vit. Præfuit tum Marahaniæ Svatoplus,
 " qui jam dudum in Arnulphi gratiam
 " obrepserat, obsequioque simulato, tan-
 " tam cum illo familiaritatem contraxerat,
 " ut & in fonte sacro filio sponsor adhibi-
 " tus, & Bohemiæ Principatu donatus ab
 " illo fuerit. Quum Svatoplugus tantis be-
 " neficiis maleficio rependeret, viresque,
 " quibus auctus erat, ad oppugnandum
 " benefactorem suum converteret, Arnul-
 " phus, poenas ab ingrato repetiturus, e-
 " xercitu triplici Marahanenses aggredi sta-
 " tuit u). primum, ex Francis, Bojoa-
 " riis, & Alemannis conflatum, ipse mense
 " Julio contra Svatoplugum adduxit; Al-
 " terum Brazlavoni Pannoniæ Saviæ Duci
 " commisit; Tertium ab Hungaris, victori-
 " arum cursu magnam Hungariæ hodier næ
 " partem jam emensis, expetiit. Arpadus
 " videns, ultro sibi viam in Marahaniam
 " ab Arnulpho pandi, lætus duos avunculi
 " sui Hulek filios, Zvardum, & Cadusam,
 " tertium Hubam, unum e primis septem
 " Ducibus, in hanc expeditionem destina-
 " vit, &, ne quid a tergo metuendum re-
 " linqueret, Castrum Gömör (Gumur) &
 " Novigrad expugnari prius jussit. Castris
 " ex Paszto (Paztho) promotis, subactis-
 " que

" que locis laudatis, Ipōlim (Ypul) juxta
 " Danūbium, deinde Granum (Grön) flu-
 " vios transgressi, juxta terretum Castrum,
 " Varad appellatum, tamdiu confederunt,
 " donec novus exercitus cum Bors adve-
 " niret. Postquam nunc ad munitiones in
 " montibus Soliensibus, seu Zvolen (Zo-
 " ultur) extruendas, ne quid inde discri-
 " minis ab hostibus esset, dimisissent; ipsi
 " versus Situam fluvium caute profecti,
 " quosdam exploratores præmiserunt, qui
 " non multo post reversi narrarunt, li-
 " mites illos a Zoborio (Zuber), quem
 " Svatoplugus Ducem Nitriensem præfeci-
 " rat, custodiri, levique actu sagittarum
 " ad Tormos (Turmas) fluviolum obsi-
 " stentes sibi Slavos Marahanenses, & Bo-
 " hemos ita fuisse turbatos, ut sine mora
 " fugam arripuerint x) Hæc ubi Duces ab
 " exploratoribus didicerunt, versus Nitri-
 " am cum copiis iter accelerarunt. Sed
 " jam Zoborius a suis fuga lapsis de Hun-
 " garorum adventu certior factus, ad pro-
 " hibendum fluvii transitum cum armatis
 " militibus advolavit, diuque pugnam su-
 " stinuit. — — Hi tandem Hungarorum
 " pertinacia vici, non aliud, quo salutem
 " tutarentur, inveniebant, quam ut ad vi-
 " cinum Nitriæ Castrum sese reciperent,

L

" ac

" ac ex ipsis moenibus hostem submove-
 " rent. Multis in fuga cæsis, ipsum Zo-
 " borium Ducem, Cadusa telo sauciavit,
 " captumque custodiæ mancipavit. Poste-
 " ro die Hungari Nitriæ propius obsedio-
 " nem admoverunt, neque prius destite-
 " runt, quam, pluribus interemtis hosti-
 " bus, eam expugnarent. Tum vero Zo-
 " borium in absitō monte suspensio neca-
 " runt, quotidieque Zebor dictus tantæ rei
 " memoriam ab oblivione vindicat. — Lau-
 " dati Duces ad Vagum usque progressi,
 " Castellis pluribus, Sentavia (Stumrey)
 " Galgotzio (Colgoncy) Betzkovio (Blun-
 " dus) Trentsinio (Trusum) Banovotzo
 " (Bana) captis, ac præsidio militari com-
 " munitis, ad Moravam usque procurre-
 " runt, & omnes, qui jugum pati nollent,
 " catenis vincitos ad Arpadum abduxerunt"

Non dissimili modo scribit Cl. Geor-
 gius Pray y): Hungari, ejeci ex Transil-
 vania per Patzinacitas, Anno Christi 889
 Bulgaros invaserunt: causa exorti belli fuit,
 quia Simeon Bulgariæ Princeps, obtenta de
 Hungaris victoria, immodice elatus, Cha-
 zaros, auxilio Romanis venientes, naribus
 præcisis in Urbem remisit. Barbaro hoc
 facinore plures sibi hostes Simeon, ac prope
 inte-

y) La parte a. Lib. i, Annalium Hungariz.

interitum concivit. Cum enim Chazari, crudelem in modum ab hoste deformati, ad Imperatorem appulissent, commota misericordia illo, inhumanoque spectaculo Urbs universa in iras, & vota, belli studia, vehementer exarsit. Ipse Imperator, ad quem ea contumelia in primis attinebat, partim commiseratione, partim indignatione commotus, de injuria ulciscenda cogitarat, sed, quod res domi in arcto essent, & copiae a nuperno prælio vehementer attritæ, ab Hungaris suppetias implorare constituit, quod eos oblatis muneribus in belli societatem facile pelliciendos speraret. Igitur Duxem, ut scribit Leo Grammaticus, Scletrum, quem cæteri Nicetam vocant, Patria dignitate ornatum, ad Danubii fluminis ripas misit, munera Turcis oblaturum, & ad arma contra Simeonem excitaturum. Nicetas, ut ad Hungaros appulsit, faciles apud Arpadum aures reperit, sive muneribus illecti essent ad ferendas Romanis suppetias, sive recens a Patzinacitis e Transilvania ejecti sperarent se ea occasione ditionem suam latius porrecturos. Fœdere percutso in id præprimis conventum: ut, cum Nicephorus Phocas, nam huic Crinito coeso copias Leo commiserat, hostem a fronte aggredetur, Hungari a tergo Bulgarum urgerent: acceptis obsidibus, quo fœdus firmiore vinculo constaret, in

Urbem reversus Nicetas Imperatorem, & eives spe auxiliariorum recreavit. Decreto bello Imperator Eustachium patricium, & classis Drungarum mari, terra vero Nicephorum Phocam Patricium, & Legionem Domesticum delegat, qui Bulgariam usque penetrarent; sed paulum post pacis, quam aut sua dignitas, aut initum recens cum Hungaris foedus postulabat, Cupido Leo Constantinacem Quæstorem de pace cum Simeone consulturum misit. Simeon arma, bellumque, terra, & mari in se mota conspiciens, Quæstorem, quasi dolose agentem, sub custodia inclusit. Cum hunc in modum tergiversatione potius, quam armis Bulgari, Romanique pugnant, Hungari, ut foedere conventum fuit, transmisso Danubio Bulgariam totam infesti pervagantur, actis immensis prædis. Ea res Simeonem a Romanis reflexit, ut sua tueretur. Itaque, omissô, Phocâ, in Hungaros movet, nec multo post acie congressus, victusque memorabili clade vix salvus, & incolumis fuga evasit, exercitu partim cœso, partim in Hungarorum potestate relicto. Victores Hungari, Præszlavam Regiam Bulgarorum pervenientes, Simeonem in Mundraga Urbe concluserunt. Hungari, obtenta victoria, venditisque captivis, quos Leo Imperator numerata insigni peccuniæ summa coemerat, ad sua trans Istrum rediere, quorum terra
fuit

fuit inter fluvios Temeſem, Moreſem, Criſum, & Titzam, qui fluvii ſe ſatis proidunt, retinentque hodie etiam variatum nonnihil nomen. Videntur itaque Hungariam partem Transilvaniæ coluiſſe, quæ cis Marufium Hungariæ proxima eſt, & versus Tibifci oras magis recessiſſe, qui Regionem ſuam, teſte Constantino, deſertam, vaſtatamque invenientes, in ea terra, quam ad hodiernum incolunt, ſedes poſuerunt, in ea nimium Regione, in qua fluvii continebantur Times, Tutem, Moreſen, Criſus, & Titza. Hungaris ad ſua reverſis, paceque potiis, Slavorum Rex Svatoplugus ſemel, atque iterum ſubditos Arnulphi Imperatoris iñfeſtabat, atque in Pannoniam, quæ ſita fuit, ubi nunc Superior, inferiorque Hungaria trans Danubiana cernitur, arma intulit. Arnulphus, affumptis ſecum Franci, Bojarriis, & Alemaniis, Anno 892. Moraviam venit, ibique per quatuor hebdomadas cum tanta multitudine omnem illam Regionem incendio deuantans verſabatur.

Eodem tradunt hæc cursu Scriptores antiqui, Hungaros in opprimendo Regna Slavorum, eorumque Rege Svatoplugo ſolum partem adjutricem fuifſe, quos aggressi ſunt ab ortu Hungarii, a meridie Pannones cum Braſlavone Duce Saviae, ab occaſu Bojarii, & Franci, a ſeptentrione Alemani. His quinque potentiis, uanimi conſensu,

for-

fortissimoque conatu bellum luctuosum Sla-
vis strenue inferentibus , Gens Slavonica
succubuit. *) Testatur id Otto Frisingensis
Lib. 6. Cap. 1. Freherianus Annalium Ful-
densium continuator ad Annum 889. Anna-
lista Metenfis ad An. 890. Pagius ad An. 890.
Aventinus autem Lib. 4. Annal. Boicorum ad
An. 892. scribit: Austriacum limitem Arnul-
phus petit mense Majo, celebrem conventum
apud Hengeszveld habiturus, quo cum Sva-
toplugus venire contemneret, hostis Rei-
publicæ judicatur. Interfuere eidem concil-
lio Wratislaus Poloniæ Præses , & Cufala
Dux Ugrorum , qui adhuc incertis sedibus
in Sarmatia Europæ vagabantur ; police-
bantur omnes vires suas adversus Svato-
plugum , si sibi quasi pro stipendio terra,
quam armis occuparent , daretur. Grata
legatio Arnulpho fuit , cui illico annuit,
Slavosque triplici exercitu invadere statuit :
Cusalæ , & Ugris popularibus suis Dacia
destinatur : Wratislaus Poloniæ Princeps a
tergo jussus est cum Venedis suis arma in-
ferre. Arnulphus Imperator a fronte cum
Francis , Svevis , & Bojis ingruit, per in-
tegrum mensem Julium Slavorum Regnum
percurrit , cuncta incendiis , rapina , luctu
complet. Porro Cufala , & Ugri longe
crudelius sœviunt , utramque Daciam citra,
&

*) Anno 893. Vide initium Cap. 8.

& ultra Tibiscum, quatenus Danubio amne excurrit, velut nimbus inundant, ferro viam aperiunt, Colonos veteres trucidant, Regionem inter se forte dividunt, ibique perpetuo manusuri domicilia locant. Continuat Simeon Assemannus Aventini relata^z): Ugri, seu Hungari Svatoplugo jussu Arnulphi multa loca abstulere: ibi sedes sibi delegere. Arnulphus Anno subsequo Moraviam invadit, præfractis claustris juxta Granum amnem, montemque svevum Regem Ugrorum in Moraviam immittit, tota Regio Slavorum rursum coede, rapina, incendiis, lucu completur; Ugri in Daciam, quam armis subegerunt, revertuntur. Post hanc sex annis, quoad vixit Arnulphus, Ugri sibi ab incursationibus finitimorum contemperarunt, seque intra terminos armis partos continuere. Ubi Arnulphus obiit, separato Danubio Pannonias, quatenus Danubio coharent, Bojis præripuere, Ugri igitur septimo Anno, postquam Daciam occuparunt, ubi Imperatorem Arnulphum obiisse, Regnum in tot Principes inter se dissidentes dissectum, & Christianorum discordias vident, Pannoniam terram fortissimam, ipsis finitimam, pecoribus pascentis opportunam occupare statuunt, quod ut facilius, feliciusque assequerentur, Causula

^{z)} Tom. 4, pag. 1, Cap. 6.

Iula Dux gentis celebrem admodum legationem suorum ad Ludovicum, Bojosque vicinos suos mittit, hisque mandat, ut diligentius cuncta, situm Bojariæ, moresque Incolarum explorent — — Post hæc Ugri specie societatis cum Bojis factæ Moravos hostes Bojorum invadunt, Moraviæ partem sibi usurpant, Duces Slavorum limitis Carni Godfridum, & Eberhardum occidunt. Inter hæc Luitpoldus Præfector Militaris in festa acie Ugris obviam ire, perfidiamque ulcisci festinat. Hoc ubi Cassula comperit, ponit castra ad Phiscam amnem infra Viennam Austriae cum Principibus suis. Luitpoldus, partem exercitus Ugrorum adsequutus, aggreditur, primo impetu mille ducentos in Danubium agit, præcipitat, atque submergit, cæteros in fugam dat, cædit, prosternit usque ad Præsburg, ubi trajecto Istro, Cassulam victoria cum suis exultantem invadit, aciem perrumpit, turbat, Regem, seu Ducem cum maximo Procerum suorum numero ad superiorem amnem Phiscam interficit. Svatoplugus Rex Slavorum a) in medio exercitu suorum delituit, & nusquam comparuit, cui non solum Bohemia, verum etiam aliæ gentes usque fluvium Odrum, & Gron, hodie Granum, parebant, qui Princeps fortis, terribilisque fuit finitimis populis.

Ti.

a) Cosmas Pragenfs ad Annum 894.

Timon scribit de Svatoplugo b) Svatoplugus Slavorum Princeps ad omnem pietatem a puerō formatus — subito spiritu Divino afflatus, Aulam, opes, honorcs, delicias, simul & curas deserens, omnibus, etiam intimis insciis in solitudinem secessit. Mons vastus, & saltuosus a meridie, & ortu solis imminet Nitriæ Arci, & Oppido, ad hujus umbilicum, seu ex destinato, seu casu delatus, tres viros, solitariam vitam agentes reperit, quibus se socium adjunxit, factus cupiditatum Dominus, vitam herbis, & pomis, quæ silva ferebat, sustinens; rebus Divinis assiduo vacabat, nulli, nisi Convictoribus cognitus, annos quindecim in solitudine exegit; locus, quem incoluerat, illico venerationi esse cœpit, & ab hominibus contemplationi deditis celebrari, mons Zubor dictus. Dubrabius Lib. 4. refert: Arnulphus Cœsar Regnum Svatoplugi victi per edictum publicavit, deditque illud diripiendum gentibus; at misericordia plenus DEUS, qui non vult mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur, & vivat, de Rege multarum gentium, humilem, inopemque sibi fecit Eremi cultorem ad montem, cui Zobor vocabulum, quem tres duntaxat Eremitez, vitam

b) In Imag. Antiq. Hung. Lib. 3, Cap. 3.

aridam, duramque viventes, incolebant; iis Rex quartus additus nemini Contubernium de tolerantia, patientiaque concessit, nec, nisi ante extremum diem, quis effet, se illis prodidit, summe dolens, se S, Methodium Episcopum offendisse, ex eo, quod Divina citius, ac ipse de veneratione rediisset, inchoaverit. Ab Eremitis Nitriæ conditus fuisse dicitur, &, donec apparuisset conditorum, hoc Elogium insculptum habuisse fertur.

REX MORAVIÆ SVATOPLUGUS IN MEDIO REGNI SUI SEPULTUS JACET.

Joannes Thurocius Hungariæ Scriptor mira de Svatoplugi cum venditione Regni, tum fine vitæ, quasi in vorticibus Danubii positi, litteris consignat, quæ a veritate aliena esse, multo præstantiores, et si posteriores Scriptores invincibiliter probant. Decantatam nœniam, atque fabulas de Regno Slavorum Hungaris vendito pro ornato equo, non est opere pretium, ut in conspectum daremus; cum, hæc figmenta in mentem revocare, indignum esse clare docuerimus. Commenta de ornato equo, Slavi pacifica aure excipiant, quæ de non matura mente procedere probavimus. Authorum sententiis visis, cuius authoritate duci scribere debeamus, ea,
quæ

quæ gentibus de Svatoplugo indubiam scientiam darent, quærendum venit. Ad litem hanc decidendam sciendum est, Autores nomen Regis penulti^m cum sui Successoris nomine confundere; alii enim scribunt Svatoplugum, alii Svatogium, Svatum, Sventibaldum, alii distinctis modis, litteris, syllabisque transpositis referunt; ac ex eo, quia idioma Slavonicum non calluere, aut male informati nomen corrumpunt, aut vitæ acta horum confundunt, ut non facile errui possit, quid de Svatoplugo, quidve de Sventibaldo dicatur. Annalium Fuldenium, Ptolomei, Porphyrogeniti, Amiani, Marcelini, Simeonis Affemani, aliorumque relationibus clare informati, docemus cum Procopio c), Slavorum, quibus ingenium nec malignum, nec fraudulentum est, Regem Svatoplugum fortem, terribilemqué d) finitimus populis, filium Moymiri Regis Moraviæ, sub Eugenio secundo Pontifice Maximo, regnantis Imperatoris in se indignationem pertraxisse, ex eo, quod ad celebrem conventum Hengeszveld venire detrectaret, indeque in eum Arnulphus arma movere statuit, Hungaros, Polonosque instigavit, Svatoplugum tribus suis exer-

c) Lib. 3. Cap. 14. d) Porphyrogenitus de Administratione Imp. Cap. 41.

exercitibus pressum ad fluvium Granum vicit. Rex tot, tantisque hostibus resistendo impar fugam dedit, atque in monte Zobor vitam eremiticam duxit, quam in pœnitentia, summaque pietate ibidem clausit, a sociis Eremitis in Ecclesia, in latere montis erecta, humatus.

Svatoplugum fidei Christianæ summum promotorem fuisse, Scriptores Bohemi unanimi consensu tradunt, quorum sententia videtur subscribere novissimus Scriptor Hungarus Cl. Stephanus Salagy Presbyter Diœcesis Quinque-Ecclesiensis Lib. 2. de Statu Ecclesie Pannonicæ Cap. 4. pag. 111. Num. 27, dum ait „ — tempore adhuc Svatoplugi, qui post excoecatum, ac in Monasterium a Noricis retrusum Rasticen, quod Anno 870 evenit, Principatum solus apud Moravos adeptus est; quædam illius populi portio antiqua etiamnum superstitione laborabat, quam penitus extinxit Svatoplugus opera S. Methodi, Moravicum Episcopatum, a sede Apostolica consecuti “ Svatoplugus multis deslebat lacrimis cuncta sua peccata, vel maxime offensam, injuriamque illatam S. Methodio. Svatoplugus Rex plena venantium cohorte in festo SS. Petri, & Pauli, Missæ Sacrificium offerente S. Methodio, tecumplum

plum ingressus est cum ingenti strepitu, ac tumultu, acriter expostulando cum Methodio : cur cum Sacrificio exspectatum diutius non esset; quoad ipse cum turba venatorum comparuisset? quamvis Methodius, una & populus prævie satis notabili tempore Regem ex venatione reducem præstolaretur. Pio Regi magno dolori fuit Divinæ Hostiæ oblationi non interfuisse, quod suæ culpæ, ut oportuisset, non adscribens, in magnum Servum DEI S. Methodium diffordinato, peccaminosoque furore aciem verborum vertit, quam offensam, pœnitentia ductus, copiosis, salutibusque deflevit lachrimis in ardua montis Zobor Eremo ad Nitriam : qui haud dubie feliciter ex vitæ hujus tenebris excessit, cum tanto zelo in avocandis ab idolatria suis Regnicolis flagraverit, quibus Christo partis, in secreto, & saxoso Eremi antro in contemplatione viæ cælestis, rerumque Divinarum, in jejunio, nuditate, paupertate, cilicio, continuisque pœnitentialibus lachrimis immortalium, spe multorum annorum intervallo usque ultimos dies vitam contrivit.

Strsedowski ait, per Sacerdotes Bohemiz S. Benedicti Svatoplugum cum titulo Sancti venerari, & in eorum Menologio undecima Martii annotari; imq
te.

testatur idem Scriptor, ante unum seculum cum consensu Sacræ Sedis Romanæ imagines quorundam sanctorum Eremitarum in cupro prodiisse, inter quos Eremitas etiam Icon Swatobogii, seu Svatoplugi visebatur Olomucii apud Patres Capucinos in via crucis cum subscriptione, quam capite de Religione retulimus. *) Magno profecto opprobrio afficiunt Scriptores pium Regem Svatoplugum, totamque Gentem Slavonicam, dum ei adpingunt dedecorosam venditionem Regni, suique desperatam præcipitatem in gurgites Danubii. Hæc Scriptores Hungari, non omni ex parte mali, incertum, an errore, vel odio, probabilius utroque adducti notavere. Suspicio est, an non hoc scripserint ad vindictam summendam de Jornande, qui jam Gottus, jam Alanus, a nonnullis Slavus fuisse fertur. Hic non absque injuria nobilissimæ gentis Hungaricæ Hunnos a spiritibus immundis exortos perhibet ex fœminarum consuetudine. Jonandes de rebus Geticis Cap. 24 „ Gotthi post egressum Scanziaz, seu Scandinaviæ Iusulæ sub Filii mero quinto eorum Rege in terras Scythicas introivere, Hunni vero ex veneficarum quarundam Gothicarum mulierum

¶) Vide Capite X. § Dum inter — Folio. 108.

„ rum cum spiritibus immundis congressu
 „ exorti sunt; tali ergo Hunni stirpe cre-
 „ ati Gotthorum finibus advenere, quo-
 „ rum natio sœva, ut priscus Historicus
 „ refert, in Meotide palude ulteriorem
 „ ripam insedit .. Quanta fides relati-
 „ oni dari potest, Hunnos ex immundis spi-
 „ ritibus ortos fuisse, tanta danda erit fig-
 „ mento, fabulæque, Svatoplugum, vendito
 Regno pro ornato equo, desperatum in
 Danubio periisse. *)

Sva-

*) Sed nec fabellis, quæ de Svatoplugo Hungari,
 Bohemique Scriptores prodidere, seu refutandis,
 seu recoquendis immorabor. Disflavit penitus
 inanias has Gelasius Dobner e S. P. Ipse quoque
 e Græcorum, Francorumque annalibus non pauca
 produxisse videor, monumenta, huibus abunde
 testatum sit, Svatoplugum rebus humanis fato
 ordinario exemptum amplissimas ditiones ad filios
 transmisisse. Szklenár. L. II. C. IV. § XVII.

Si per adulaciones & vanitates explenda est Nar-
 ratio, andebo dicere, pereat Historia. Lipsius
 in Quæsti: Epist. L. 5. Epist. 11. Apud Szklenár
 Lib. II. Cap. I. § II.

Hoc est, quod ipsi patrii, iisque vetustissimi an-
 nales sub involucro quodam proponunt, si rem
 ipsam magis, quam circumstantias rebus adnexas,
 non optime sane consarcinatas spectemus. Nar-
 rant

Svatoplugus filios genuit duos Moy-mirum, & Sventibaldum, quorum postremum Arnulphus Cæsar de sacro baptis-ma-

rant hi Hungaros in primo aditu ad Tibiscum, terram, & aquam, ab iis, (a Slavis) qui summa rerum in Jazigia præerant, petivisse. (Turocius Chron. Pag. II. Cap. 3.) (Anonymus C. 14.) Atqui hæc sollennis fuit asiaticarum gentium consuetudo, ex quibus Hungari venere, & hospitium petendi formula. Petiere igitur Hungari sibi, suisque peccoribus hospitium, nec illud non obtinuere. Unde Anonymus (C. XX. Menumoroutum sic inducit loquentem *Dicite Arpadio Duci Hungariae, Domino vestro, debitores sumus ei, ut amicus amico, in omnibus, quæ ei necessaria sunt, quia bospes homo est.* Et Turocius refert, ducem Moraviae gavilum fuisse de adventu Hungarorum, quod existimaret eos venire tanquam rusticos, qui terram suam colerent; Ita ipsi annales patrii sunt testimonio, Hungaros non ut hostes, sed ut amicos, hospitesque, Regionem Metanaistarum ingressos fuisse, & cum Slavis juxta terras habuisse. — — Asiaticarum gentium hanc fuisse consuetudinem petendi hospitium, docet Herodotus L. 5. sequenti exemplo. Megabitus nuntios in Macedoniam septem Persas misit ad Amyntiam petiturus Regi Dario terram & aquam — & Persæ ubi pervenere in conspectu Amynthæ,

matis fonte levavit. ** Svatoplugo abditam montis Zohor Eremum petente, duo filii Moymirus, & Sventibaldus in Regno succeſſere, qui perpetua inter ſe diſſidia

M

dia

thæ, ad quem mittebantur, Regi Dario tertam & aquam petiere. Amyntas & ea dedit, & homines in hospitium vocavit. — Persæ post quam a Cœna ad potum pervenere, hospes, inquiunt, Macedo, — quoniam libenter excepiſti nos — Regique Dario & terram das & aquam, ſectare conſuetudinem noſtram —. Et L. 7. Xerxes principio caduceatores dimiſit in Græciam petitum terram & aquam — ubi complures dies circa Pieriam eſt commoratus — eodem legati, qui dimiſſi in Græciam fuerant ad terram petendam, regrēſſi ſunt partim inanes, partim terram & aquam afferentes. Szklenär Lib. II. Cap. IV. § XIV.

**) Sventibaldus seu Svatoplugus filios, inquit *Constantinus Imp. de adm. imp. Cap. 42.* habuit tres, & fatis concedens, regionem suam, in partes tres diviſit, filiisque ſingulis portionem tradiſit, Maximum natu Principem magnum faciens, reliquos vero duos sub ejus potestate conſtituens —. Mortem Svatoplugi, omnes adſiungunt, A. C. 894. Nomina filiorum ejus ſunt ſequentia, I. Moymirus, Mogemir, Moimarus, II. Sventibaldus, Svetobog, Zuentobolchus, Zuentibolch. III. Gotifredus, Szklenär Lib. II. Cap. IV. § VI. VII. vide ſuperiori Capite III. § II.

dia fovebant. Hungari, odia eorum perspicientes, occasionem nacti sunt, discordias Slavorum suum in emolumentum vertendi, disceptantibus maxime fratribus, Hungari absque omni detimento suorum armatorum, eam tunc Moraviæ, nunc vero Hungariæ partem, quæ inter Moravam, Vagum, & Granum fluvios continetur, sibi plenarie, perpetuoque jure subjecerunt. Princeps Zventibaldus, brevi post tristitia, & ægritudine confectus, Regibus Slavorum finem dominandi fecit. *) Fertur a quibusdam Scriptoribus ad Arnulphum fugisse, sub cuius protectione Bojoarium profectus ibidem cunctis diebus vita sua permansit. Sventibaldus a Pessina etiam Swatobogius nominatur, qui, ut idem refert, periturus non erat, nec victoriam Hungari retulissent, nisi contra nominis sui etymon, velut alter Roboam, saniora senum consilia sprevisset. Slavi desolati, & per multas potentias vastati, divisæ sunt; pars Bohemis vicinior se ultro fidei, ac tutelæ Bohemiæ Ducis Wladislai primi submisit, quam ille cum exercitu suo con-

*) Moimaram vitam produxisse usque ad An. 907. Cujus Casu, Regni Moravici gloriam maxima ex parte concidisse non videtur ambigendum Szklénár. L. II. C. IV. § XVII. (vide in superiori Cap. XI. § II. Archiepiscopis. Fol. 166.

contra Hungaros egregie defendit. Reliqua pars a Morava usque Vagum, Granumque fluvium mansit in Hungarorum. *) Septemtrionalis in Polonorum, ultra Teyam in Germanorum Austriacorum, potestate. Slavi cum Bohemiæ, & Moraviæ, tum Hungariæ, Deo infinitas grates dant, eis tandem Regem unum præesse, sub cuius protectione pacificam ducere vitam va-

M 2

le-

*) Partem regni ejus, illam, quæ a Vago, aut Grano flumine ad Moravam amnem extenditur occupavere Bohemi, a quibus primus Sventibaldus armis eam sibi vindicavit — — Partes a fluvio Grano, Vagoque ad Moravam amnem protensas sub imperium potestatemque Hungarorum non ante divi Ladislai tempora, jure pleno, nexusque perpetuo, Hungariæ obstrictas fuisse; probat Cl. Szklenár L. II. C. IV. a § XVII, usque ad finem Libri, ex Diplomate fundati Episcopatus Pragensis, cuius limites erant usque Regionis Moraviæ fluvium nomine Wág. Item ex Confirmatione Henrici III. Imperatoris, qui illud Diploma confirmavit. Nec Boleslaus II. Dux Bohemiæ, cuius Munificentia Episcopatus ille surrexit, limites ejus ad alienum regnum extendere, nec Henricus ævo suo. eos confirmare, minime autem omnium Hungari id sinere potuissent, ut palam est. Accedit: Quod Cartuitius prevetustus divi Regis Stephani biographus, perhibeat totam Hungariam, ut ea Stephano primo

Hung.

leant, à quo Bohemia Hungariæ Regibus cessit, omnes Slavi uni Sacrato Coronato obtemperant capiti; Regnum Slavorum, in multas olim dilaceratum partes, post decursum aliquot sæculorum, rursum in unum coaluit; Omnes enim Slavi Croatiæ, Sclavoniæ, Hungariæ, Moraviæ, Bohemiæ,

Hungariæ Regi parebat, in decem Episcopatus, quorum Metropolis Ecclesia Strigoniensis esset, ab eodem divo Rege distributam. — Ex quo Manifeste colligitur partes vaganas ad aliquem horum Episcopatum pertinuisse, si illæ dominatus S. Stephani Regis continebantur — at nullus ex his decem Episcopatibus, a divo Stephano in oris Vago adfitis est constitutus, ut ostendit Cl. Prai in Diatribe sua, & vita S. Ladislai. His adde: Quod S. Ladislaus gravia cum Bohemis ad Vagum bella gesserit, eosque de Possessione harum partium felici marte deturbavit. Quapropter Capitulo Posoniensi, devicto Rege Bohemiæ, cum victor rediret in Ungariam, donavit Possessionem Szilincs. Hæc omnia non minimum firmare videtur Ludovicus I. Rex, qui in Diplomate Anno 1347. testatur in ipsis Confiniis Bohemiæ (Moraviæ) per sanctissimum Regem Ladislaum metas positas & eretas.

Regni Moravici partem alteram, Ditionem quondam Metanastrarum, cum parte Dacia, Ducis superemi Imperio aliquamdiu liberam, plures Dynastæ

mix, Galliciæ, Unum, modo feliciter
Regnante Regem clementissimum, Domi-
num & Patrem recognoscunt.

QVI est franCIsCVs I. prVDenter et faV-
ste regnans sLaVorVM reX, **)

Huic longævam devoti subditi exop-
tant vitam, quorum votis, ut secundet
Deus, dignum est, ut constanter piissimis
precibus Divinum invocetur Numen ab
omnibus Slavis.

DE LECHO BT CSECHO.

Inter fabulas recensent eruditæ soci-
etates, & peritiores historici illam senten-
tiam, quæ dicit Bohemos a Csecho, &
Polonos a Lecho originem duçere.

Hic

nastæ sibi vindicavere. Quorum Imperium brevi
pertæsus populus, cum non nesciret feliciter ce-
cidisse Slavis Pannoniensibus initam cum Hun-
garis societatem, exemplo hoc doctus, & jam
locis, affinitatibusque mixtus, in unam cum Hun-
garis abivit civitatem, Szkleńár L, H, C. IV. §
XVII. Quis enim nesciebat, in ruinis Moraviæ, flo-
rentissimum Hungariæ Regnum excitatum? Szkle-
ńár L. I. Pag. I. **) Carolus V. in suo Titulo
apponebat etiam —. Dominus Marchiæ, Slavo-
nicæ. Idem est legere in Articulis Diætalibus
Hungariæ, 1791; in Titulo Regis H. Leopoldi
II. Etiam in Diæta 1792, Articulo II.

Hic ponitur a me compendiatæ Historiæ Papanekianæ finis, cui addo sequens

ADDITAMENTUM.

Dicendum est superius, Folio. 14. 17. 160. &c. sub Arpado Hungarorum Duce, Regnum Slavorum ad finem inclitatum fuisse. Arpadus genuit Zultam, Zulta, Toxum, Toxus; Geyzam, Geyza genuit S. Stephanum Protoregem Hungariæ; sub Arpado facti sunt Slavi conciviles socii Hungarorum, Hungarica civitate donati, non perpetui servi, nec perpetui subditi, terræ coloni. Sub S. Stephano Rege ejusque successoribus donati sunt plenus iuribus Hungaricis, qualiter ab Arpado, usque ad tempora capitis VI. a Sancto Stephano L. I. Decret: conditi, in unam Civitatem mitigati, familiarissime coaluerint, *) breviter antiquis exemplis illustrabo. Fidem dictis adstruit inter innumera exempla, Romuli factum. Is namque ob raptas virgines, maxima ex parte Sabinas, deinde Cœnenses, ut pluribus apud Plutarchum placet, Crustuminenses, Antemnates, Venientesque, bellum cruentum triennio gesit adversus Titum Tatium, Regem Sabino-

*) Præcitatum Cap. VI. leges inferius in Appendix I. § Audeo affir.

norum , cumque ancipiti Marte . utrinque fluctuaretur , tandem fœdus percussum est , His legibus conscriptum . Ut Romulus , T. Tatium in societatem Regni recipiat . Ut Urbs a Romulo Roma , Populus a Curi- bus , Tatii patria , Quirites vocentur . Ut mulieres , quæ vellent (siquidem illæ raptae laceris comis , dum fervet pugna inter generos & soceros se se injecerant , sive que pacem conciliarant) cum suis mari- tis vivere , liberæ ab omni opere & mini- stério , præter Ianificium habeantur . His ita sanctis , secuta est , inquit Julius Flo- rus L. I. Cap I. res mira dictu , ut reli- quis sedibus suis novam in Urhem hostes (puta Tatius & Sabini cum reliquis) de- migrarent , & cum generis suis avitas o- pes pro dote sociarent . Hunc morem us- que ad suam ætatem defluxisse fatetur Ci- cero in defen : Balbi , his verbis . Illud vero sine dubitatione , maxime nostrum funda- vit imperium & populi Romani nomen auxi , quod princeps ille , creator urbis Romulus , fæ- dere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis au- geri banc Civitatem oportere , cuius authoritate & exemplo , nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio & communicatio Civitatis .

Atque hoc etiam pacto Arpadi succe-
sores usque ad S. Stephanum , imo præ-
cipue (Decr. L. I. Cap. VI.) iste Rex ,
Re-

Regnum Hungariæ percupivit augeri. Oratorum principi suffragatur Poetarum Princeps Virgilius M. Æn. IO. qui de Mantua civibus ita cecinit. Mantua dives avis, sed non genus omnibus Unum: Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Ipsa caput populi, Tusco de sanquine vires. Hic videmus, de gente tripli ei quaternos populos in unam coaluisse Civitatem. Ex his quidem posset satis convinci, unde omnibus Slavis per Hungariam — habitantibus, idem jus civitatis est, quod Hungaris, eadem antiquitas & dignitas generis, idem in suis majoribus militiæ Decus, eadem privilegiorum facultas, idem solum, avita hereditate sibi derelictum, & etiamnum immobiliter possessum *) si Sabini, vejentes, Cæninenses, & alii populi, quia cum Romuli gente fædere cohæserunt, successive etiam matrimoniis juncti, nomen Romanorum usurparunt, pari ratione nostris Slavis nomen Hungaricæ nationis adtribui potest, quia utraque natio sub uno eodem Hungarico Coelo nascitur. Quæso, quid S. Paulum a flagellis liberavit, nisi hoc verbum *Civis Romanus sum Act. 22. 25. & 28.* Unde quæso Paulo Civilitas Romana? qui natus est Tharsi, enutritusque est ad pedes.

*) Audi Szklenarium in Nota folio 180. 184.

des Gamalielis Hierosolymis, ipse met aseverat se circumcisum octavo die ex gente Israel Hebrewum (Philipp 3. ver. 5.) Roma est in Europa, Tharsus Civitas Ciliciae in Asia; Hierosolyma in Idumaea, quomodo ergo Paulus homo Romanus? quomodo civis Romanus? scilicet communicatione privilegiorum urbis Romanae, Tharsus enim posteaquam fidelitate & armorum societate, victori populo Romano fuerat conjuncta, Romana quoque Urbis jure fuit donata.

Retuli superius folio 119. & 125. sub S. Rege Stephano ejusque Pradecessoribus & successoribus Slavos juribus Hungaricis donatos, de hoc etiam ex mente Hungarorum Decretistarum pauca depromam. Sub Colomanno Rege Hungariae (L. I. C. 80.) statutum est hoc decretum. *Liberi quoque hospites, sicut Slavi, vel ceteri extranei, qui in terris laborant aliorum, pro libertate tantum denarios dent, non alios etiam denarios pro opere aliquo dare cogantur.* Attendat Lector, de quibus Slavis est hoc decretum, nempe, de illis Slavis inter Savum & Dravum habitantibus; qui eo tempore Sacrae Coronae accesserunt, de quo Topographia R. H. par. 3. c. 3. sequentia declarat. *Savonae proprie talis nulla apud probatores Scriptores mentio, nisi post annum 1105. cum nimirum*

rum in legitimum Dalmatiæ Regem, prout alibi dicebam, inauguratus Colomannus est. Assentitur huic dicto Samuel Timon, qui ad Annum C. 1105. hæc annoavit, Chronol par. I. Hactenus nulla facta est mentione Sclavoniæ. Animadverte igitur Croatici Regni partem, Saviam olim & Pannoniam interamnesem, post Occupationem ab Ungaris, dictam esse Sclavoniam. In Jure hungarico hic loci nomine hospitis intelligitur Mercator, vel peregrinus, seu quicunque advena, qui locandæ operæ causa peregre currit, vel in Regnum immigrat, at, hoc genus hominum, jam cum a temporibus S. Stephani Regis libertate gavisum, Andreas II. dictus Hierosolymitanus declaravit (Andr. II. Decr. c. 17.) Jobagjones castrorum teneantur secundum libertatem a S. Stephano Rege constitutam, similiter & homines cuiuscunque Nationis secundum libertatem ab initio eis concessam teneantur. Debere per hospitem intelligi peregrinum, maxime institorem, declarat etiam Decretum S. Ladislai (Lib. 2. Cap. ult.) Male ergo aliquis inferret, Slavos suisse olim tantum perpetuos terræ colonos, aut perpetua servitute mulctatos, nec dicat aliquis per laborantes in terris intelligendos esse Slavos, quia contrarium disiunctio vel indicat, stat hic gemina comparatio, en una. Liberi quoque hospites, sicut

cut Slavi, quod ad rectum intellectum, sic est explanandum omnes peregrini, seu institutores liberi, sicut sunt, seu inter quos sunt Slavi. Altera comparatio est hæc vel cæteri, sicut extranei, qui in terris laborant, hoc est, vel quicunque alii preter institutores & peregrinos, in quorum numero sunt Slavi, preter hos inquam, externi omnes, quales sunt advene in terris laborantes — erant ergo tempore Colomani, Slavi liberi, uti alii Regnives. Qvæstio tunc erat, an censum, a Rege statutum, per universas Hungariæ partes collendum, solvere deberent etiam hospites liberi, seu peregrini, mercatores Slavi, externiisque, & in terra laborantes, seu operâ manuum vitam tolerantes, hi ab hac collatione liberi videbantur. In hoc ergo dubio declaravit Rex, hos quoque, solvendo censui fuisse obnoxios, sicut omnes Hungariæ Partes. Omnes iudigenas Regni, tam Hungaros, quam Slavos, eadem fors solvendi tangebat, ut liquet ex Decreto Colom, Lib. I. c. 79.

Ex præmissis, quisque potest præparare suam mentem ad hanc quæstionem, inferius in Appendice I. pertractatam, nempe: An fuerit in aula, Ducis Geyzæ, aut S. Regis Stephani, gratus usus linquæ Slavonicæ? ne illi, qui non possunt probare, omnes

omnes aulicos Geyzæ & Stephani calluisse linquam Hungaricam, possint ibi objicere, quomodo hujus Regis, & illius Ducis tempore, Slavonica linqua ad eorum aulam inducta sit? ideo prævenio hic objectionem, dico per Morum & fidei Doctores Bohemoslavos, deinde, etiam per ipsos Hungaros ad hoc tempus linquam Slavonicam loquentes, nam ab Arpadi tempore, per gubernium Zoltæ, Toxi, & Geyzæ conciviles Slavi, mixti Hungaris eratn, poterant ergo hi, illorum linquam per illa tempora ita condiscere, ut illius tempore primorum christianorum Gubernatorum, si non communis & quotidiana, saltēm cognita & penes quotidianam, ad casum necessitatis usualis fuerit, nam, quomodo primi Bohemoslavi viri apostolici ignorantēs Hungaricam linquam, fidei catholicæ doctrinam annuntiassent, nisi Hungari Slavicam calluissent?

(Recole dicta Folio 30. 31. 110.)

F I N I S.

APPEN-

APPENDIX I.

Exhibens innocuas historicas quæstiones,
quas benevolus lector, perfecto hoc opus-
culo, instar scholasticarum Thesum resol-
vendas & comprobandas , sibi , etiam al-
teri, ad promovendam historicam eru-
ditionem , proponere potest.

An scire volenti quidnam in moderna Hungaria actum sit ante sanctum Regem Stephanum , ante Geyzam , necessaria sit cognitio hujus Slavicæ historiæ ? R. Sicut historia Ducum Hungariæ, est necessaria introducio ad historiam Regum Hungariæ, ita historia Ducum & Regum Slavorum , imo toius gentis Slavæ, est clara via ad multa illa, quæ acta sunt ante S. Regem Stephanum in moderna Hungaria & in vicinis Regnis, tam a Romanis, quam a Slavis, quam etiam ab Hungaris & alis Nationibus.

Quales virtutes laudavit Alexander Magnus in Slavis, dum eis privilegium & Possessionem magnarum terrarum concessit ? R. vide Cap. V. Quoto Aano edidit Alexander M. hoc Privilegium ? R. secundum Petrum Reva , istud Decretum Cent. 7. Rerum. Hun. referentem , — Anno decimo secundo Deæ Minervæ . Secundum Bar-
tho-

tholomæum Paproceum (Diadochi. Lib. 1.
C. 4.) Anno undecimo Regnum suorum.
Hoc ipsum Privilegium Slavonicæ Nationi
impertitum recitat quoque Bartholomæus
Paproccius in suo Diadocho Principum,
Regumque Bohemicorum, Episcoporum &
Archiepiscoporum Pragensium, atque reli-
quorum Statuum inclyti Regni Bohemici,
qui & refert ex historicis, tam Bohemicis,
quam Polonicis idem Privilegium græce &
latine fuisse conceptum, traditumque Slavis
inqua utraque. Magnus hic Macedo, Or-
bis Domitor, Spectatissimæ Slavorum fide-
litati, infraquoque robori, tantum detulit,
ut in bello adversus Darium gesto, sui
corporis custodiam, non Macedonibus, sed
Slavis Agrianis concrediderit, ut inter
ceteros annotavit Joannes Heroldus in
Chronol. Anno Diluv. 1971. sunt Slavi
etiam nostra ætate, audaces milites, ho-
stibus formidabiles, hellicosi Hercules, for-
tes Milones, Alexandri Magni, Hanniba-
lis, sui hellicosi Svatoplugi, militarem ani-
mum & vestigia sequentes.

Que antiqua? Quæ moderna Divisio
Ilyrici? Rx. Joan. Severini cum Tomka Szafszky
In Introductione in Geographiam. Illyricum,
tempore antiquo, per præcipias occiden-
talis, atque orientalis Romanæ Imperii
provincias prorogatum fuit. Hodie pro
Im-

Imperii ratione, in Hungaricum, atque *Turcicum* distinquitur. Illyricum, Hungaricum, a Danubio, usque ad mare Adriaticum inter Dravum, Savum, & Unnam fluvios, extensum, tribus absolvitur regnis, utpote Slavonia, Croatia, & Dalmatia. Slavonia, Tot *Orszdg.* Slovénstú Zem. Inter Dravum & Savum definita, vocabatur olim Pannonia interamnenis, item Savia, quæ accepit cognomen a Slavinis accolis. Paproccius in illo vasto volume, quod Rudolpho secundo Imperatori inscripsit, hunc in modum expressit antiqua Bohemorum & Polonorum, ac fere aliorum chronica, ubi etiam causa ab eo redditur, cur quidam scriptores literam C interserunt in vocabulo Slavus (Papr: Diad: Lib: I. Cap. 3.) Certum est Slavoniam a Slavis nomen suum accepisse, & non Slavos a Slavonia. Et haec est praeter alios opinio Cromeri Episcopi Varmiensis, Historici & Chronologi celebris, qui de origine Bohemorum & Polonorum Chronica conscripsit, qua de re ejusdem scripta latius expendere decet, quemadmodum ille sentiat. Slavi scripserunt se, illustres seu gloriosos a gloria, lingua ipsorum *Sláva* tanquam præ aliis populis multis, essent gloriosiores, & propterea a latinis Slavi, & Slavini nuncupati, accepto scilicet hoc suo nomine magno in con-

consuetudinem, vocitarunt se Stanislavos, Wenceslawos, Dobroslawos, idest Stanislaw, Boleslaw. Ea propter illi, qui ipsos Sklavos, vel Sclavinos vocant, deberent corrigi : quemadmodum id invenietur apud Jornandem & Blondum, aliosque Germanicos Historicos, qui id ab Italis acceperunt. Etenim Itali suo sermoni blandientes usurpare L. pro L. dicuntque *fato*, pro *fato*, *piacet*, pro *placet*, atque sic pro Slavo immutariunt Siavo, pro eodem autem haec, illi sibi ducunt Siavum & Scia-
vum, C. tamen non oportet addere. Sunt quidam Slavos a Glomo denominantes, hoc est a verbo, quia illud semel datum inviolate cuvis & libenter conservant, quemadmodum in diem praesentem Bohemi & Poloni id pudorem interpretantur, si quisquam honesto Cuiquam homini objiceret, quod non loquatur verum. Gloria siquidem in illum redundat, qui alteri Verbum datum servat invariatum.

Quare Slavum pronuntiantes, aut rite scribentes, molliter efferamus omisso K. vel C. ? depromo rationem ex Topographia (R. H. Part. 3. Cap. 3.) ubi sic lego : *Itaque demum promiscue omnes, sive Croatæ, sive Dalmatæ, Sclavi, aut Slavi : ab Italî vero Longobardo-latine loquentibus & si in Sch de more mutantibus, Schiavi aut Schiavoni fuerunt denominati.*

In-

Incolæ Hungarici Illyrici sunt orti de gente Slavonica, (ut Tomka Szafszky ulterius scribit) & in quatuor nationes principales dividuntur. 1. Slavini, qui cum Serbiis seu Rascianis, in unum co-aluere populum. 2. Croatæ per Croatiam & Slavoniam prorogati, Germanorum & Valachorum augentur coloniis. 3. Dalmatæ, & 4. Morlachi, hoc est Mauro Valachi, Venetorum, Turcorum, & Albano-rum colonias interfectas habent. Timon in Epitome, ad Annum M. LXXXVIII. sequentia scribit, Bagibarias, vocabulum Slavum, est græce detortum, hoc est, Babii montes, (babie ȝorie) Babiné ȝori. Quo Nomine Carpatius Mons, Poloniæ ab Hungaria Arvensi distinguitur, vocatur. Sunt quoque ejus Nominis montes trans-Savum in Croatia, quos Ptolomæus Bebios appellat. Ab his procedere potuit genus Croaticum in vicinam Dalmatiæ, si Arvensis mons remotior videatur. — — Desinant igitur Croatæ trium Regnorum conditorum Cunas in arce sua quadam ve-neari, Sarmatas patres suos colant. Hæc de rebus Croaticis & Dalmaticis.

Illyricum Turicum, a Slavia ad Ro-maniam, Bulgariamque, inter Croatiam, Dalmatiæ, & Danubium flumen, longe lateque profertur. Albania, Arnaut, Est

N para

pars Macedonie occidentalis, que olim ad Illyricum pertinebat. Ita T. Szafszky,

Cum Slavi tenore Capitis IV. dicantur origine sua, Asiatici Populi, an Alexander Magnus factus totius orbis Dominus, deprehenderit in Asia nationes Slavonicas? Rx. Vide Cap. V.

Si superior Quæstio certa est, an credibile sit per Belamberem Regem Asiaticum, primum Hunnorum Ducem, ex Tartaria Asiatica, cum Hunnis etiam aliquos Slavos fuisse eductos primum in Europam Anno circiter 374, dein in Pannonias Anno 377 Aut, an Belamber veniens in Pannoniam (Magnam Moraviam) invenerit in illa nationes eorum Slavorum qui ante Christum Natum, & post Christi adventum in ea habitarunt? Perpende sequentis Quæstionis responsum, & magna Moraviae vetustissimum situm & initium Cap. XII.

An ante Atilæ adventum in Europam, in Ungariam, jam in hac habitaverint Slavi? Rx. * Quod

* Paulus Lisznyai in Libro cui titulus *Magyar kronikaja*, in quinta preliminari dissertatione, ad quintam hanc sibi positam Quæstionem, *antequam Atila ex asiatica Tartaria exivisset, adhuc antiqui testa-*

Quod Atila adducens Hunnos secunda vice in Ungariam habuerit sub se Slavos, saeculo V. patet ex Capite V. Quorum auctoritate hoc ibidem comprobatur? —

N 2

Quod

cessamenti temporibus, quales nationes habitabant in Moldavia, Transylvania in Ungaria? sic respondeat. Habitabant supra memorati triplices Daci seu Davi, origine Asiatici Slavi, paulo superius de illis dicit, idem Lisznay, qui pridem in antiquo Testamento ex Asia in Europam venerunt. Idem Author distinquit in triplici statione, triplices Dacos-Slavos; primi erant sic dicti a Romanis *Daci Alpenses* qui in Moldavia habitabant & ante natum Christum, in antiquo Testamento, & etiam ad initium novi Testamenti. Secundi Daci Slavi, erant a Romanis dicti, *Daci seu Davi Medii*, qui Transylvaniam & inferiorem Ungariam usque ad Tibiscum incolebant. Tertii, Daco-Slavi, erant a Romanis nominati *Daci Ripenses*. Ex eo, quod, inchoando a Tibisco, ad Ripas Danubii, per longum. quaquamversus profluit Danubius usque ad Pontum Euxinum, ha- ~~beaverint~~ Ex his Ripensis Dacis, seu Davis, aut Daco-Slavis, illi, ultimi, qui ad finem Danubii, ad Pontum Euxinum degebant, vocaban- tur, *Gettae*. Apud hos Gettas-Slavos, seu Daci- cos Gettas, fuit Ovidius in Exilio dum scripsit *Librum de Poeno*, dum suspiravit, vivere quam

mijen

Quod ante tertium Hungarorum in Pannoniam, (Magnam Moraviam) adventum, ante Arpadum, Slavi in ea habitaverint, patet ex Capitis XIII. Nota Sed nec Quæ,

*miserum est inter Bessosque, Gettar quæ —) Bessi erant, antiqui Bosnaki , Getticis Slavi immixti : Hi Gettar-Slavi circa Tomitanam Urbem habitarunt, Tomos , Tomisvár Geographi non procul ab ostio Danubii locant. de cuius territorio Ovidius meminit scribens-Naso *tomitana* jam non novus incola terræ. Hoc tibi de gettico (quasi diceret de Slavico :) littore mittit opus. Sunt scriptores, qui non tantum plagam terræ, sed etiam locum designant, ad quem fuit hic Poeta ab Augusto Cæsare in exilium pulsus , nempe ad — insulam Pontum, apud Sarmatas , de horum vera sententia testatur Ovidius scribens — aut quid sauromatæ faciant, quid Jaziges acres, hæc tamen nostræ Sententiae non aduersantur, quæ dicit, Ovidium inter Slavos fuisse in exilio, nam Ovidius Romanis scribens eo nomine suos accolas vocavit, quo, a Romanis vocabantur, nempe jam Scythæ , jam Sarmatæ , jam Gettaræ , (vide superiori Cap. II. §. Joannes Petrus. Ex Cap. V. de Chazaris Sarmaticis, & Cap. IV.) Jaziges appellavit suos accolas Slavos ideo, quia Jaziges erant origine Russo-Slavi, quorum cognati ad Tibiscum confederant in antiquo Testamento , & usque ad Pontum Euxinum se se extenderant. (Plura de Tomitana Urbe , de Scyt-*

Quæ, & quotduplex? Slavi Nominis Etymologia? An illa optima, quæ derivatur a Slavonico vocabulo Sláva? Qui moderni Populi usuant linquæ Slavonicæ Dia-

his-Slavis, Gettis- & Dacis-Slavis, vide in inferiori Nota. Trajanus Romanorum Imperator devicit tres triplices Dacoslavos, eorum colonias replevit Romano populo, hi duo mixti Populi, esserunt ex suis diversis duabus linquis nempe e Slavonica & Romanolatina, unam linquam modernam Valachicam, victoræ quibus Slavi aliquando a Romanis vici, dein his imixti sunt, erant occasiones, in quibus Slavi suo sermone latinizare coperunt, ut a latinis intelligantur, sicut Hungari multa habent a Slavis vocabula, (vide supra Cap. V.) ita nos Slavi nostro idiomate loquendo, multa latine prouincianus, v. g. Domus Dom, Mater Matka, Mater, Occulus Oko, video widim, sedeo, Sedim, Sto Stogim, Ovis Owca, Roza Rúža, Vinum Wino, Oleum Oleg, Altare Oltár. &c. &c.

Cur autem illa. ex duabus exurgens linquis, una, vocetur Valachica, est ratio hæc, Trajanus de victis triplicibus Dacoslavis, illorum coloniis præfecit, supremum Gubernatorem Romanum Civem, cuius Nomen erat Flaccus, hujus subditi nominabantur Flacci, dein corrupte Valacci, tandem Volachi, Olachi, inde Valachi, ab huc termino linqua Valachica, & regnum Valachia,

Dialecton? Quibus Nominibus antiquæ Slavorum Nationes nominabantur? Quo sæculo vocabulum *Slavus* Romanis innotuit? An verum est Slavos olim Nomine Scytharum & Sarmatarum venisse? Rx. Cap. II.

Qui erant antiqui Regni Slavorum, limites? Quos præcipuos numerabat fluvios Regnum Slavorum? quos minores? Qui erant præcipui ejus Montes? Rx. Cap. III.

Quæ fuit origo Slavicarum gentium antequam in Illyricum in Pannoniam advenissent? An ex Sarmatia seu Scythia Asiatica? An ad Danubium, vel ad Moravam Bulgariæ seu Mæsiæ fluvium Slavi primas sedes fixerint? Unde Nomen Moravorum exurexit? ubi Regni Moravici prima fundamenta jacta? Rx. Cap. IV.

Quid sentiendum de Dialecto Slavonicæ linquæ? In quibus Ungariæ Comitatibus pura, in quibus mixta viget? An Slavonica linqua in Ungaria cultius usitata & conservata, possit dici, una ex Matricibus linguis, omnium in vicinis Regnis Slavicarum & Slavizantium linquarum, Mater linqua? An possit probari auctoritate Historicorum, Hungaros in sua linqua multa habere a Slavis? An Slavica linqua sub Alejandro Magno, ob suam svavem Elocutionem, fuerit, grata.

grata & famosa? An de hac præter Alexandri M. testimonium, adduci possint aliorum Scriptorum testimonia? Et Cap. V. merito hæc antiquissima, plurimis chara linqua Slavonica ob suam elegantiam & suavitatem, potest moderno ævo hactenus florenti Gallicæ (nunc exosæ) linquæ, etiam in aliis Magnatum substitui, quo jam semet faciliter insinuat, nòviter editis *cultioribus Slavicis libris*, expensis neocorrectæ litteratæ Slavicæ societatis.

Gratam & venerabilem fuisse linquam Bohemoslavonicam Strigonii in aula Ducis Geyzæ eo tempore, quo natus est illi filius Stephanus, patet ex eo, quia inter alios extraneos apud Geyzam commorantes, erant etiam, eidem chari Bohemoslavi, apud illum, qualis erat S. Adalbertus Stephanum baptizans, & frater S. Adalberti S. Gaudentius, S. Isac Monachus, Divi Adalberti in Hungaria socius. Theodatus Comes Bohemus, qui Stephanum ut verus patrinus in baptizmate levavit, antequam S. Adalbertus discessisset a Geyza, statuit ejus filio Stephano Præceptorem, Bohemum sacerdotem Poopatem. Quis negabit in horum, & aliorum plurium Slavorum præsencia, coram Geyza, aut dein coram S. Stephano Rege, non fuisse gratum usum linquæ Slavonicæ? — aut, an non fuerit S.
Ste-

Stephanus a suo Præceptore, vel a suo Patrino aliquatenus edocitus in lingua Slavonica? — ut modo Magnatum filii ab exteris Præceptoribus edocentur? Neque Astrico, alias Italo, potest denegari notitia linguae Bohemoslavicæ, cum in Bohemia in Breunoviensi Monasterio aliquamdiu fuerit Abbas, dein hac dignitate ornatus, præfuit in Monte Pannoniae Benedictinis bohemoslavis monachis, fuit is familiarissimus S. Regi Stephano, a quo Romam missus est, pro confirmandis novis Ungariæ Episcopatibus. Non potest affirmari, hos lingua hungaricam caluisse, aut semper latina locutos fuisse. Pro usu Slavonicæ lingue in aula S. Regis Stephani, sequens indicium ponit Samuel Timon, in *Epitome chronologica rerum Hungaricarum*. S. Rex Stephanus Theodatum Bohemum, suum patrinum nominabat Apulum, istud diminutivum nomen, derivavit Stephanus ex primitivo Ungarico nomine *Keresztelő Ápálm*: *Apuskám*, *Apulkám*, inde *Apulus*; nominavir S. Stephanus Theodatum etiam Slavonica lingua *Táta*, nempe suum ex Baptizmo spiritualem Parentem, deinde, in hujus Slavonici Nominis (*Táta*) memoriam, condidit Theodatus oppidum *Tata*, & Abbatiam Benedictinorum S. S. Petri & Pauli. (Vide Folio 62.)

Av-

Audeo affirmare, quod S^r Stephanus Rex Hungariæ, in sua instructione ad suum filium Emericum, (vide Corpus Jur. Ung. L. I. C. VI. ejus Decretorum) intellexerit, tam in aula Regia, quam etiam in hoc Regno acceptandos, nutriendos, ac pro illo tempore (quo patriæ filii deerant) ad altiora consilia & Dignitates Regni, admovendos, etiam exterros Slavos, en tenor Stephaneæ instructionis - *In hospitibus & adventitiis viris tanta ineft utilitas, ut digne sexto in regalis Dignitatis loco poffit haberij. Unde imprimis Romanum crevit Imperium, Romanique Reges sublimati fuerunt, & glorioſi nisi quod multi Nobiles & Sapientes ex diversis illuc confluebant partibus. Roma vero usque hodie eſſet ancilla, niſi Aeneades ipsam feciſſet liberam, Sicut enim ex diversis partibus provinciarum veniunt hospites, ita diversas linquas & conſueudines, diversaque documenta & arma secum ducunt, quæ omnia Regiam ornant, & Magnificant aulam, pertrritant exterorum arrogantiā. Nam unius linquæ, uniusque Moris Regnum, imbecille & fragile eſt. Propterea jubeo te, fili mi, ut bona voluntate illos nutrias, & honeste teneas, ut tecum libentius degant, quam alibi habitent. Si enim tu deſtruere, quod ego ædificavi, aut diſpare, quod congregavi, ſtudueris, ſine dubio maximum detrimentum, tuum patietur Regnum. Quod ne fiat, tuum quotidie auge Regnum, ut tua Corona ab omnibus augusta habeatur. Si*

tunc

Nunc tantus erat honor præstandus exteris, quis illum nunc denegabit, ab illo tempore, indigenis, jure, & privilegiis Hungaricis, utentibus Slavis? Capite X. Pater Stephanus Rex, recommendans filio Emerico pietatem, & Misericordiam, inter cetera sic loquitur — — — *Ob hoc ergo, fili mi amabilissime, dulcedo cordis mei, spes futura sibolis, precor, jubco, ut per omnia, & in omnibus pietate fultus, non solum parentelæ, & cognitioni, vel Principibus, sive Ducibus, sive divitibus, seu vicinis, & incolis, sis propitius, verum etiam extraneis, & cunctis ad te venientibus.*

Non tantum tempore S. Regis Stephani, sed etiam sub ejus successoribus, Hungariæ Regibus, fuisse in aula Regia, ab Hungaris usitatam linquam Slavonicam, videtur posse conjici ex vocabulis Slavonicis (quæ Hungari successive etiam in latino sermone retinuerunt :) in corpore Juris Hungarici expressis v. g. Banus ex Slavonico Pán, Pánus, Akó ex Ołow, Haido, ex Szagdúch. Uzbeg, Waivoda, Udwornit. Nec solum in latino, verum & in communi hungarico sermone primi Hungari his Slavonicis vocabulis, sibi ex usitata Slavonica lingua adhærentibus, loquebantur, nam in conditis & prælectis latinis Decretis, Reges & eorum regnulares consiliarii, penes

nes talia ex Slavonico sermone latinizata, aut hungarizata vocabula, posuerunt provocationem ad communem loquendi usum (utique non alienigenarum, sed indigenarum, partim Slavorum, partim Hungarorum, pro quibus Decreta dabantur) per ista addita vocabula *vulgo* : *alias* : *qui vocatur* : vel adbideruut latinam interpretationem apposito similibus vocibus *id est* : v. g. Uzbeg *id est* Profugus. Waivoda *id est* Belli Dux. Ista duo vocabula, Libertinus, vel Aulicus, in Decreto S. Regis Stephani, & S. Ladislai, explicantur — qui vocatur Udvornik, ex contractis his duobus — u. Dwora: Sluzebnit.

Quisque prudens lector, ex præmissis potest, etiam me tacente, hanc sequelam apud se concludere. I. Si Ungari, sub primis suis Regibus non habuissent in vulgari usu loquendi penes communem suam Hungaricam linquam, etiam Slavonicam (nam pro cultiori stylo utebantur latina) II. si Slavi jam illo tempore non fuissent tales cives patriæ Ungaricæ, quales Ungari. III. si, magis de Rege, & Regno meriti Slavi non habuissent sibi concessa Jura & Libertates Ungaricas, utique tam sapientes Decretores Decretorum, in his condendis. I. Non fuissent usi vocibus, expressionibus, linquæ peregrinæ, non sibi usitataæ. Non se provocassent

ad

ad vulgarem usum & sensum illius linquæ, quæ apud eos non viguit. II. Nec ad captum illius populi Decreta explicuissent, qui civitate donatus non fuit pro quo illa non condiderant, explicuissent illa potius ex latino sermone in solam Hungaricam significationem. Quod quia utrumque præcedens fecerunt, dicere possum, jam sub primo Hungarici Regiminis sæculo (etiam posterioribus) fuisse tam in aulis Regum, in Regni Palatiis, quam in Magnatum, & aliorum Ungarorum domibus, cœmunem usum non tantum Hungaricæ linquæ, sed etiam Slavonicæ.

Communissima, & præ aliis linquis usitatissima fuit in Hungarica regia aula, Regi, & ejus assistentibus, linqua Slavonica, sub Regibus Hungariæ Wenceslao Bohemo, Vladislao I. Vladislao II. Ferdinando III. Quam autem florens, chara & venerabilis fuerit in aula Leopoldi II, & ejus Prædecessorum Regum, clarius intelliges ex sequentis secundæ Appendix fine. Quid plus potest afferri, pro æstimatione, & recommendatione linquæ Slavonicæ in Regno Hungariæ? quam sapientissima Mens & Conclusio Prælatorum, Baronum, Magnatum, & Nobilium, caterorumque statuum & Ordinum Regni Hungariæ, in Diæta 1791. congregatorum, qui perpendentes linquæ Slavonicæ, non tantum antiquitatem, utilitatem, sed ab
bo-

bonum publicum maximam in isto Regno Necesitatem , Articulo Diætali LXVII. Deputationi *Litterariae* serio imposuerunt elaborandum *Projectum in Regno Hungariae errigendæ successive Accademiæ Scientiarum*, excollendæ tum linque patriæ, ac ita aliarum etiam, pro cultura Nationis necessariarum linquarum. Si Domini in Deputatione litteraria comissarii , interogassent Inclytos Status & Ordines diætaliter congregatos ; ad quarumnam aliarum (præter Ungaricam) pro cultura Nationis necessariarum linquarum elaborandum sit Projectum, istud certo accepissent Responsum, (quod alioquin ex unanimi mente , omnium ibidem præsentium patuit) ad illarum linquarum, quæ cum Hungarica in hoc apostolico, & Mariano Regno, ab antiquissimo tempore florent in constanti usu, qualis est Slavonica Matrix , isthic cultius conservata.

Sicut a tempore hujus 1791 Hungarica, Diætæ, Hungarica lingua accepit publicum, in altioribus publicis scholis Professorem, ita sibi, sui idiomatis, in hoc Regno, ad imitationem aliorum Regnorum & Universitatum postulat , futurisque Regnicolaribus conventibus postulabit , publicum Prelectorum inclyta Natio Slavonica, insistendo præcitato diætali articulo , Nam lingua hujus Nationis, suo vetustissimo, & latissime patente usu , suæque litteraturæ positis modo perfecti-

fectioribus, cultioribus, & facilitioribus fundamētis, illas alias pro cultura Nationis necessarias linquas longe superat. In benigno Rescripto, quod Nomine suæ Sacratissimæ Cæsareo - Regiae Majestatis fuit scriptum, & porrectum Inclytis S. S. & O. O. pro Diæta congregatis Anno 1790. Die 10. Novembris, clarissime elucet voluntas Regia, nempe — *Provehendorum perchari sibi Regni Hungariæ, partiumque adnexarum, comodorum, ignobilibus ad Dicasteria aulica; ad provinciali, usque ad secretarii Officium, ad salis denique, trigesimalia, ac alia Cameralia, alioquin collationi Regiæ obnoxia, indiscriminatim ad omnium munia, aditus hanc recludatur, prout & in collatione Nobilitatis ignobilium horum, qui in militia Cæsareo Regia, & in predictis Officiis fidelia, & utilia præstiterint Officia, præferebant Benignam Reflexionem semper habebit Majestas Cæsareo Regia.* Patet ex precedentiib, qualiter sua Sacra C. Regia Majestas ac Incliti S. S. & O. O. cupiant etiam ignobiles in scientiis erudiri, eruditos ad publica Officia promoveri, necesse ergo esset, ut Systematis studiorum Directores, & initia- lium grammaticalium Scholarum Professores, pro scholaribus occupationibus, Slavis pu- eris, sola lingua Slayica (uti Ungaris Unga- rica) exercitia dictarent & explicarent in latinum idioma componenda, ne sic, a na- tivitate non ungarizati, non germanizati
pu-

pueri , ab incunabulis præclari talenti iuris
 dicia ostendentes ; Quorum studia (ut ait
 Cicero pro Cælio) quæ sunt in adolescentia,
 tanquam in herbis significant , que virtutis Ma-
 turitas , & quanta fruges industriae sunt futurae.
 Ne inquam tales ingeniosi Slavunculi , igno-
 tis linquis, quasi cæci coloribus ducti ad po-
 stremas classificationum fossas cadere co-
 gantur , ne cum dolore ad stivam , aut ad
 illiberales mechanicas artes applicentur. No-
 stra ætate, (& futura etiam) qua tam multi,
 ex plebea , ex mechanica , & studiosa juven-
 tute , militiae nomen dedere , desideratur
 I. Ut in præcito Rescripto Regio, inten-
 fini, istud debitum medium per studiorum
 Systema accomodetur ; cum bonum, licet de
 humili genere natum, talentum, per studia lite-
 rarum sine notabilibus expensis ad honestum
 vivendi , & Publico serviendi, statum facilius
 evadere possit, quam per tyrocinia , fodalitia,
 Magisteria Mechanicorum, per damnosa Re-
 gulamenta Contuberniorum vulgo Ceharum.
 Desideratur proinde II; Ut Diæta M. DCC.
 XXIX. Articulus X. *De tollendis Mechanico-
 rum Excessibus.* Pro secundo casu renovetur,
 serio observandus præcipiatur — Qui est se-
 quentis tenoris — Graves nimium a parte
 contuberniorum , vulgo Ceharum, in eo ob-
 servantur excessus, quod eadem — diversa,
 in præjudicium Publici condere Statuta,
 Taxas occasione receptionis in medium sui,

ul-

ultra modum elevare, & per id, ne multiplicari opifices possint, arcere, & ad certum determinatum Numerum restringere, Nationalitas non admittere, pactoque tali, pro lubitu præsummerent abuti, unde ad humillimam istiusmodi Excessuum per Status & Ordines factam repræsentationem, Sacra Cæsarea. R. Majestas clementissime resolute est dignata, quod ubi hi, & alii similes Contuberniorum Mechanicorum excessus, specifice, per Regium L. Consilium indagati, & suæ Majestati Sacrat. repræsentati fuerint, sive per abrogationem privilegiorum, aut vero alia modalitate, pro exigentia etiam Articuli 74. 17²3. tollentur..

Si hæc duo præmissa desiderata effectui manciparentur, haberet Regnum Hungariae, & plures in publicis Officiis, ab eruditione conspicuos Slavos, & etiam plures pro bono Regni literatos, scientificos, non solum liberalium, sed & Mechanicarum artium peritos, ingeniosos, Slavicos Magistros, qui Viennenses, Parizienses, Londinenses, si non supperarent, ingenio tamen, & Manufacturis suis, uti constructis Horologiis, allisque Machinis & Productis, certo adæquarent.

Quibus denominationibus Magnæ Moraviae incolæ ab exteris nominabantur? Quis primus eos Marcomanos appellavit? quamdiu

diu sub hoc Nomine veniebant ? a quo tempore, ad quotum Annum, Moravo-Slavonicum Regnum sub propriis Regibus in suo flore permanxit ? Qui antiqui Principes ? quæ civitate, arces & oppida, habent antiqua Slavica Nomina ? Rx. Cap : VI.

In Comitatu Baranyensi est Urbs, nomine *Quinqueecclesiae*. Szegedi in Decretis, & vitis Regum Hungariae, qui Transylvaniam possederunt. p. 244. & seque : ostendit ex historia conversionis Boioariorum, & Carentanorum, hanc urbem jam medio saeculo nono floruisse. Sub Carolo Magno Slavi, quorum Rex Privina fuit, huic Urbi dederunt sua linqua denominationem, a Quinque Ecclesiis, quæ ei inerant Péč Rostow quod Slavonicum vocabulum, Hungari postea ad instar Arvensium, aliorumque dixerunt Péč Péts. Malunt alii dicere, ita esse vocatam ideo, quia quintus fuerat in numero eorum, quos S. Stephanus Rex fundaverat, Episcopatus Quinqueecclesie~~s~~sis, etate hujus Regis vocabatur hæc Urbs Pente. Sedem præbet Episcopo & Capitulo amænam, fundavit hic, & pro publico bono Litteraturæ promovendæ, aperuit instructissimam Bibliothecam Georgius Klimento natione Slavus, ejusdem Dioecesis Episcopus, qui Anno 1777. fatis interceptus est. Ad didit Pontifex ab eruditione clarus Typo-



gra-

graphiam, & Molam in qua papyrus paratur. Pallium ornamentum Archiepiscopale, quod Episcopus Quinqueclesiensis habet, primus Roma acceperat Calanus Episc. Seculo XIII. Prærogativa hac successores in Pontificatu non sunt usi, donec Georgius Klimo 1754. die I. Septembris Roma impetraret Diploma, quo eadem sibi, & omnibus suis successoribus Episcopis, collata est. In hac Urbe degebant aliqui, (uti modo inveniuntur eruditi) qui pertinebant ad litteratam societatem socii, quæ initio saeculi XVI. in Hungaria prostabat. Utinam hujus nominis *Litterata societas*, memoriam, jam olim in Hungaria florentem, nostri pinquioris crumenæ Slavi, magis sibi imprimarent, & antiquorum litteratorum vestigia, pro bono publico, suis conatibus sequerentur exemplo Klimoiano!

Unde meridionales Slavi Genealogiam ducunt? quo tempore qua occasione Slavi in Romanis coloniis, in Illyrico, in Dalmatia fortiora, ampliora & stabiliora domicilia fixere sub novo testamento? Rx. Cap. VII.

Qui, & quot Regnantes supresserunt, validum Regnum, & potentes Reges Slavorum? quo saeculo id accidit? in quot, & quales partes, facta divisio est devicti Regni Slavonici? Regnum Slavorum ex parte Moraviae

raviæ in quot circulos divisum est? Ex parte Hungariæ in quot? & quos Comitus partitum? Unde hi Comitatus suas Denominationes sumfere? quæ in quo Comitatu peculiares Urbes, quæ oppida, quid in his memoratu dignum, vel ab ædificiis, a Templis, aut a terræ fertilitate? a fluviosis, aut a montibus? R. Cap. VIII.

Ad Capitis VIII. folium 63. De Thren-
csinio hæc adde: In ipsa altitudine arcis Thrensinensis est puteus capacissimus, aqua abündans, inprobo labore, opera captivorum Turcarum, ex viva excisus petra. E-
quidem Mathæi Thrensinensis tempestate visa est inexpugnabilis, quod & tum probavit exitus. Quandoquidem Caroli I. ve-
hementem obsidionem non solum sustinuit, verum etiam Regium exercitum desperatio-
ne expugnationis compulit a se recedere.
An non etiam Cocianum, Ferdinandi I. Imperatoris & Hungariæ Regis Legatum A-
no Christi 527. supra millesimum, diu, multumque lusit, neque herbam porrexisset quamvis amplius Mensem unum creberri-
mis ænearum machinarum globis accerrime impetita, nisi igni fatus malleolus trabi, Ca-
rie exesæ inhæsisset, conceptaque flamma tandem dedisset stragem, atque vastitatem ex incendiī voragine, ut & pyrius pulvis in fumum fit dissipatus, & universus anno-

næ comiteatus sit solutus in cineres, & plurimi milites diverso, illoque miserrimo fato cesserint.

Ad hæc quem fugit, novissimo civili bello diurna, nimumque infesta obsidio; septem prope integros Annos ista arx, cum urbe circumsessa, a Rakocziano milite, plures Menses varii generis pilorum tum ignem eructantium, tum muros dissipantium, accerrimo impetu exagitata, stetit nihilominus invicta. Refero etiam illam exundationem Vagi & Hernadi, quæ accidit. Anno 1662. tam immanis moles aquarum a Carpato, sive ex diruptis nubibus, ut quidam volunt, sive ex laxato altissimi montis lacu, ut rursus aliis præplacet, qui illis spatiose profundeque instagnat, erupit, tantoque impetu, desæviit, in Regiones uni, alterique flumini adfitas, ut plura oppida convulserit, subverteritque pagos integros, lachrimabili narratione referri audivimus, quomodo mortalium non pauci trabibus male hærentes, ne quidquam spectantium ope[m] in plorarint; quomodo tectis ab ædibus abscissis vecti alii, ab imo pectori ductis suspiriis, conceptisque votis coelum pulsaverint. Quomodo infantes instar Moysis aquis, (cunis inpositi) innataverint, sed & misere periverint.

Cer-

Certum est, Threnesinenses cives, olim in arce domicilia fixa habuisse, qui alios dignitate & opum copia præcellebant, alios vero pone arcem, dorso clivi inedificatam civitatem incoluisse, cuius nunc quoque, sagaci antiquitatum indagatori licebit rudera aspectare; hic namque si paululum terram aperias, in hypogaeorum abditos recessus offendes, domesticorumque penatium fundamenta, atque ex crebris fossis toto colle subsidentibus colliges translatam civitatem, (ad eum locum, quo nunc inter Vagum, & montem a faxo arcis fluentem, conspicitur,) ut ab effreni & vix ulla arte domabili flumine, illuvieque imbrium alte ascende, securus civis ageret. Damna, ab altissimo, rabidoque cursu aquarum isthic causata, docent modo etiam in petra, cui arx incumbit, aspectabilia monumenta, impressa, illa scilicet parte silicis, qua superiorem portam respicit, facta opera artificis, quasi fenestella patet, superne in apsidem leniter curvata, cui pictoris penicillus Sacram crucifixi Domini nostri Imaginem induxit: tantum autem ab humo attollitur, quantum rippis increverant undæ, idest amplius denos pedes. Utinam vero! veteres in jugo montis sedes non compelleretur repetere Civitas, cum jam moderni ejus muri fere allabantur rapidis.

dis Vagi aquis, in furentes, ex allisione ad saxum vortices, contortis. Verum, ne longiuscula historia etiam in dulcedine antiquitatum, fastidium causet, facio gressum ad aliam Materiam.

Quid sentiendum de Ethnicismo antiquorum Slavorum, quos DEos majores, quales minores? quos DEos cœlorum, inferorum, quos DEos terræ coluerunt? quam severa Slavorum Matrimonia? quam stricta fides conjugalis? quæ hospitalitas? quale erat apud antiquos Slavos armorum & vestium genus? quæ merita requirebantur apud eos ad regiam dignitatem? Quis erat modus inaugandi Regis? quomodo scelerati apud eos puniebantur? qualem dotem Sponsus Sponsæ afferebat? quis erat mos sepeliendi mortua cadavera? qualis apud Slavos antiquos mercatus viguit? quomodo ordinabatur agricultura? quomodo Polybius describit antiquorum Slavorum mores? An vere scriperit Procopius, antiquorum Slavorum ingenium nec malignum, nec fraudulentum suisse?

Ry. Cap. IX.

Quo Sæculo Slavi prima vice fidem Catholicam susceperunt? Ry. vide initium Cap. X. Quis primus Marcomanis Slavis fidem

fidem catholicam annuntiavit? *ibidem.* An
 S. Marcus cum S. Luca in Laureacensi
 plaga, & S. Paulus in Illyrico Evangelium
 prædicaverit Slavis? Quomodo sæculo se-
 cundo circa Annum 182 fides Catholica in-
 ter Slavos dilatata? Quo anno Slavis,
 clarius & liberius a SS. Cyrillo & Metho-
 dio fides Catholica annuntiata est? R.
 Cap. X. §. *Disceptant.* Quo anno Slavi
 Slavonica linqua Missam & Officium Eccle-
 siasticum legere & cantare cæperunt? R. *ibi-*
dem. Quamdiu hoc perduravit? R. Ibi §.
alterum. An Slavi usque ad finem sui Reg-
 ni fidem Catholicam retinuerint? R. §. *ex-*
stinctis. Sæculo octavo ante bella cum Ca-
 rolo Magno habita, multum ab illa defe-
 cerunt. Cap. X. §. *Dum avares.* Cap. XI.
 §. I. Quæ merita Slavorum Regum in Ec-
 clesiæ Catholicam? R. sane quam pluri-
 ma, & Apostolica, lege illa in Capitis X.
 indicatis Notis. A quo Rosemundus, seu
 Chunimundus I. suscepit fidem Catholi-
 cam? R. Cap. X. §. *In Markomannia.* Et
 initium Cap. XI. Qui a zelo amplificandæ
 & defendendæ fidei Catholice celebres
 Slavorum Reges? R. Cap. X. Nota *vetus-*
tissimus — & ante illam tres præcedentes
 §§. Et de Apostolico Zelo Regis Svato-
 plugi §. *Quidquid ex.* Habuerunt ne Sla-
 vi, e sua Natione Sanctos & Sanctas? R.
 Habuerunt permultos, ad quorum, lon-
 gum

gum catalogum texendum, mihi nec tempus, nec in isto compendiato opusculo, locus sufficit, referuntur eorum Nomina in Martyrologio Rōmano, in Menologiis, in vitis Sāctorum cum nominibus etiam præclara gesta. Etiam Acta SS. Ungariæ nonnullorum & nonnullarum, imo plurimū Slavorum Sāctorum vitam recensent, quia etiam Ungaricam Ecclesiam suā sanctitate illūtrarunt, (Utinam viri eruditī de sanctis nationis Slavonicæ, plura in lucem darent!)

Qua veneratione, Slavi Catholici venerati sunt B. V. Mariam? Rx. Inter alios Sanctos maxima, testantur id antiquæ Ecclesiæ, Aræ, Statuæ, Imagines, in honorem B. V. M. positæ, quemadmodum S. Stephanus Rex Ungariæ dixit Illam Dominam & Reginam Ungariæ, & S. Ladislaus in pecunia, Patronam Ungariæ intitulavit, ita etiam Slavi, suam Patronam, & maximam, Sanctam, Spiritualem Matrem, suum post DEum Refugium, maximum solatium, dicebant, istud Ecclesiæ in Bohemia, in Moravia, in nostra Hungaria, Slavonia, Croatia & alibi, in honorem B. V. Mariæ erectæ pro recommendando Slavonico zelo palam mundo exhibent. Vide Cap. X. §. I.

Ha-

Habuerunt ne Slavi e sua Natione. Sanctos apostolicos viros? R. non tam primi, quam maximi (licet natione Græci) Slavorum Apostoli sunt SS. Cyrillus & Methodius, dein natione Bohemoslavii S. Adalbertus, & ejus frater S. Gauden-tius. S. Isac. Tandem S. Severinus. S. Wolfgangus. Viri a probitate & apostolico zelo clari apud Slavos, Lucius, Sunias, Theodoricus, Osvaldus, & plures alii, quorum Sancta memoria apud nos in benedictione est. His adnumerandi suut illi, qui primi monachi, Bohemo-Slavii monasterium in sacro monte Pannoniæ intrarunt, quorum aliqui ut Præfules dein, primæ Ungaricæ Ecclesiæ decus, sua scientia, pietate & Dignitate, addiderunt. Vide Cap. X. §. *Extinctis Regibus.*

An Sanctus Nicæta Dacorum Episcopus, qui dicitur Hunnis Evangelium prædicasse, sub finem saeculi IV. & initium V. possit rectius dici Daco-Slavorum Apostolus, & Slavis Daciæ, annuntiasse Evangelium? cum Daciam, tam antiqui, quam novi testamenti tempore Slavi, Dacoslavi incoluerint? *

An

*) Peto veniam ab iis, contra quorum mentem respondeo. *imo*, secundum ea, quæ in priori Nota de Slavis ante Attilam, dicta sunt, & *ad eum*

An Sanctus Theotimus , Tomitanorum Episcopus , qui dicitur Hunnis E-
van-

cum Actis Sanctorum Hungariz ; A Sancto Nicæta Dacis Slavis fuisse annuntiatum Sanctum Christi Evangelium ; in memoratis actis S.S.H. Sanctus Paulinus testatur eum fuisse origine Dacum, in suo ad Nicætam ex Italia in Daciam revertentem Propemtico sequentia S. Paulinus canit — Tu Philipeos Macedum per agros ; Per Tomitanam gradieris Urbem — gentes a sancto Nicæta excutias has recenset . Quaque Riphæis Boreas in oris, alligat densis fluvios pruinis, hic gelumentes rigidas superno , igne resolvis. Nam simul terris, animisque duri, & sua Bessi nive duriores , nunc oves facti duce te gregantur pacis in aulam. Te Patrem dicit plaga tota Boreæ , ad tu os fatus Scytha mitigatur, & sui discors, fera, te Magistro pectora ponit. Et Getæ currunt, & uterque Dacus , qui colit terræ medio, vel ille divitis multo bove pelleatus accola rippæ. Ovidius scribens librum tristium inter navigandum ad exilium, populos Ponti accolat, ad quos navigabat, jam Temitas, jam Scythes, jam Sarmatas & Getas denominat, certum autem est ex superius dictis, his postremis tribus nominibus olim fuisse antiquos Slaves nominatos. Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt, obligor ut tangam lavi, fera littora ponti.

Ner.

vangelium prædicasse, possit dici, Tomitanis - Slavis, seu Getticis - Slavis annuntiassse S. Evangelium? **)

An-

Nescio, quo videam, positos ut in orbe Tomitas,
aspiciat vultus pontica terra meos. (Elegia II.)
Denique quid propero? Scythia est, quo mittimur inquam (Eleg. III.) Nos detulit in geticos
Cæsar's ira sinus (Eleg. IV.)

Sed Scopulis Ponti quos hæc habet ora sinistri,
Inque feris Scythiæ, Sarmatiæque jugis (Eleg.
VII.)

** In actis SS. Hungariæ dicitur S. Theotimus etiam a Sozomeno in Scythia pontica ad Tomitanam Ecclesiam fuisse Episcopus, sed secundum superius dicta. Ovidius & Lysznyai testatur ad Pontum Euxinum in Scythia pontica, ad Tomitanam Urbem Daco - Slavos, seu Slavos - Getras habitasse, ergo Getticorum - Slavorum Apostolus erat S. Theotimus, nihil nos moratur illud vocabulum in Scythia, nam & Slavi ab antiquis Scriptoribus scribuntur Scythæ, (vide superioris Capitis II § *Slavi vocabulum:*) conjecturat quidem Baronius ad Annum 302. conversionem Hunnorum Sancto Theotimo deberi, illorum Hunnorum, de quibus S. Hieronymus Epistola ad Letam scribit - sed & hæc conversio potest dici Slavorum conversio, qui ab Historicis vocantur Hunni, Huannoavares; Quæro ulterius, quos Hunnos S. Theotimus convertit ad fidem

Chri-

An illi, qui sub ipsa Religionis Christianæ initia (sub quibus S. Paulus & ejus discipulus S. Andronicus in Illyrico prædicavit S. Evangelium) in Pannonia Savensi , & in Mesia , Sanctitate floruerunt, aut primis quatvor sæculis Martyrium in Sirmiensi, in Mæsiana plaga passi sunt, an inquam illi , possint dici nationis Slavicæ Sancti ? ***) An

Chriiti ? Respondet Sozomenus in actis S. S. Hungariæ, illos, qui dicebantur Hunni accolæ Istri, quos ego cum Lysznyaio yoco Slavos, seu Dacos rippenes , qui erant accolæ ripparum Istri. Erat ergo & S. Theotimus, Tomitanorum Slavorum , & S. Nicæta Dacorum Slavorum Apostolus. (vide etiam de hac sententia superiorem primam hujus Appendicis notam, deinde relege isthie deductum responsum, & quæ sequuntur:)

*** Ante responsum prænoto hæc-Acta Sanctorum Hungariæ ad ii Januarii de Sanctis Sirmiensibus Martyribus ista habent; Cum Sirmium Urbs: sub ipsa Religionis Christianæ initia, veræ fidei lumine collustrata esset, haud multo post in Metropolim erecta suisque Archiepiscopis, qui per Mæsiam & Pannoniam jura dabant, condecorata fuit. Qui illa Acta S. S. Hungariæ scriperè, multos Pannonicæ Hunnicoes Hungaros sub primis quatvor Christianis sæculis tam a sanctitatæ vita, quam etiam a Perpetuo Martyrio in Syrmensi Diœcessi,

cece si dilaudant. Certum autem est persecutiones usque ad saeculum quartum perdurasse, sed ante hoc saeculum ignotum erat in Mæsia, in Illyrico Belamberis & Hunnicorum Hungarorum nomen, et si hi innotuissent saeculo IV. utique eos Belamber rursus reduxit in suas pristinas sedes; Atila saeculo V. ad has Pannonicas terras perrupit, quidquid ergo scribitur de sanctis Pannoniæ primorum quatvor, quinque saeculorum (maxime Sirmii, Mæsiæ:) id intelligendum est partim de Latinis, partim de Mæsiæ sanctis Slavis, quorum aliqui a ripensisibus Dacoslavis facile usque Belgradum & Sirmium penetrare poterant primis saeculis, ac sic a Sancto Paulo Apostolo & ab ejus Discipulo Sancto Andronico, aliisque Apostolicis viris, in fide Christiana edoceri. Fuisse Slavos proximos Illyrico, seu Sirmiensi Ecclesiæ, sub initia Christianæ Religionis, ut ibi S. Paulum & ejus Discipulum S. Andronicum prædicantem audire potuerint patet ex his sequentibus, quæ Papanek, de Lecho & Czecho scribens deducit sub Justiniano — — non Slavoniam sed ea loca tenuerunt Slavi. quæ ab Istro (quâ is Illyrico proximus est:) Eruli per Daciam ad Oceanum transire debuerunt, ita Jornandes: Scivit ne ergo S. Paulus linquam Slavonicam, de qua, in illius multius peregrinacionibus nullum est vestigium? Respondeo. in Apostolis, eorumque Discipulis impleta esse, illa Verba Christi *docete omnes gentes.* Doctrina omnium gentium, erat finis a Christo Apostolis præfixus, sancte & sapienter supponimus, Divinum

num Magistrum, suis Apostolis etiam necessaria media suppeditasse ad hunc finem, dum inter gentes, sibi ignotæ linquæ venerunt, a spiritu sancto, illis, talis linquæ notitiam infusam fuisse. De qua re nobis clarum exemplum perhibent actus Apostolorum Cap. II. Cum complerentur dies Pentecostes, erant in Jerusalem viri ex omni natione, quæ sub Cœlo est, non tantum Parthi, Medii, & Ælamitz, & qui habitant Mæsopotamiam. Judeam & Cappadociam, sed & qui incolunt Pontum & Asiam.

Si ex omni natione, quæ sub Cœlo erat, fuerunt tunc. Jerozolimis viri, certe etiam de Slavica natione esse debuerant præsentes, & illi probabilius erant hi duplices postremi, nempe de Ponto, (ovidiano exilio, Slaviço loco) & qui incolebant Asiam, matricem locum primorum Slavorum. Potuerunt tunc SS. Apostoli. a tot & tantis coram se præsentibus diversæ linquæ populis intelligi, quia erant, repleti Spiritu Sancto, quare non potuisset S. Paulus; aut S. Andronicus accipere inter Slavos existens, donum linquæ Slavonicæ, ut cum his loqui posset, sicut factum est aliis Apostolicis viris, dum induiti virtute ex alto loquebantur variis linquis magnalia Dei.

Hactenus probavi I. Slavos fuisse proximos incolas ad Illyricum sub initia Religionis Christianæ. Etiam II. Probabilius Sanctum Paulum Apostolum & S. Andronicum, aliosque Apostolicos viros, ad initia Ecclesie, tam in Illyrico, maxime in firmensi Ecclesia & Episcopatu, quam alibi in danubiano tractu, Slavis aannuntiasse Sanctum Christi

et Evangelium. Hæc duo, præmissa, pono & pro bopro certa certitudine Sequentibus. - Cl. Szklenár L. I. C. I. §. III. Dum Nestorem ruficæ Historiæ patrem citat, hæc subjungit illius in germanicum idioma transversa verba —. Doth ist in Mähren auch der Apostel Paulus gewesen, und hat daselbst gelehret, denn da ist Illyricum, wohin der Apostel Paulus gekommen ist, Nestor übersetzt von Johann Ben. Scherer. Leipzig 1774. pag. 54. — 56. Ultima verba adjicienda putavi eo, ut pateat, Nestori Moraviam, provinciam Illyrici, (ac proinde longe ab hodierna Moravia disjunctam.) fuisse. *Hæc tenus Sklenár.* — Perpende lector, an negare, & simul negationem tuam taliter probare, posses, Slavos non fuisse sub exordio Ecclesiæ in Slavonia, in vasto Illyrico ? S. Paulum Apostolum, non fuisse ibidem magnarum Moravo Slavicarum gentium Doctorem (vide Cap. X. Folio 86. Notam *Aga Sanctorum*) inspice in Sacro Codice testimonium ipsiusmet S. Pauli Apostoli dicentis ad Romanos Cap. 15. v. 19. *Ut ab Ierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi.* Porro, prædicationis exordium (ut conjectant Hagiographi Belgæ) a Colchide fecit S. Apostolus Philippus, unde ad Maeoticam paludem & Tanaim fluvium progressus, diffusos illic Scythes & Hunnos excoluit. Mox trajecto Tanaj Europeos etiam Scythes adiit, iisque Christum edocens, per Bosphorum Thracicum, in Asiam proprie dictam, seu minorem revertit. *Aga SS. H.* Qui meminit, hæc prænominata loca

An Carolus Magnus veri nominis Hunnos, aut an Slavos, Hunnoavares nominatos, aut an utrosque octenni bello vicerit in Hungaria? R. ****)

An

loca fuisse, sedes antiquorum Slavorum, partim Asiaticorum, partim Scythicorum dictorum, facile affirmabit etiam S. Philippum, & Scythicis & Asiaticis, etiam Europeis Slavis S. Evangelium praedicasse. Slavis ergo Paulus. Slavis Philippus in Asia Scythica seu sarmatica Evangelium praedicavit. (recole dicta folio 23.)

****) Acta Sanctorum Hungariæ cum Martyrologio Gallicano Andreæ Saussay respondent. Sanctus Carolus Francorum Rex christianissimus & primus ex hac gente Imperator; a rebus præclare gestis, cognomento Magnus — — gentes barbaras plerasque, & in his maxime, Saxones, Bohemos, Sclavones, Hunnos, Danosque ab I-dolorum nefandis ritibus, ad Christi. veri Dei cultum salutarem convertit, — Romanam Ecclesiæ omnium Matrem, a multiplici pressura vindicavit, ab hostibus liberavit, in pristinum Decus, & honorem restitutam immensis beneficiis cumulavit, — Fastos Martyrum, conçiones Patrum colligi omniumque quibus imperabat, gentium res memoratu dignas ad Religionis, cultum in litteras mitti curavit. Rem Divinam in æde Sacra assidue obivit, neque statas preces, & canonicas, seu diurnas, seu nocturnas, cum

va-

An Carolus Magnus multum profuerit Slavis suo apostolico Zelo, in jam labefcente catholica eorum fide sustentata, promota, & conservata? Rx. Quam plurimum,
P.

valuit, unquam neglexit. Misticam suppellestilem, vestem, vasa, omnemque templorum ornatum, tam copiosum instruxit, ut neque sacra januae tutelam gerentes, voluerit profano cultum unus suum obire — Spolia hostium, praeferunt Hunnorum ad Peati Petri adem ornandam, Roman dono misit, ad augmentum catholicæ Religionis novem sedes Episcopales in Germania excitavit, duas in Metropoles erexit, Basilicam Aquisgranensem sanctissimæ DEiparæ magnificientissima structura adificavit, viginti septem Ecclesias principales construxit, alias innumeræ fere, vetustate collapsas instauravit: — Tot rebus denique pie ac præclare gestis, obsequentissimus Ecclesiæ filius, Magnanimus Religionis defensor, vere Christianissimus Rex, Ter Maximus Imperator, fide studiosissime ampliata, statu Ecclesiæ religiose ordinato, egregie exornato, Regno etiam suo magnifice dilatato, ac undique paccato Christiano orbe, Anno D. 814. Regni sui 48. Imperii 14. ætatis vero suæ 70. Decenni pænitentia expleta, opibus in præcipuis occidentis Ecclesias ad divini cultus augmentum, Mystarumque fomentum, religiosa, regalique Munificentia, dispertitis, rebus Sacris mucitus,

mum, qui ob multa præclara gesta, relatus est in numerum Sanctorum, conniventibus legitimis Pontificibus. *)

Qui erant primi Episcopatus apud Slavos? Quis eos fundavit? Qui erant in illis primi Episcopi? quo documento illos fuisse Episcopatus primos probari potest? Ubi fuit S. Cyrillus ubi, S. Methodius Episcopus? In quibus Hungariae Epi-

nitis, ex laborioso, mortalique Imperio, ad tranquillum Regnum, immortalemque triumphum feliciter emigravit. Memineris isthic chare lector, eorum, quæ ad tuam recentem memoriam acciderunt nostro ævo — Quam longe defecit (non Francorum Regum) sed Francici Regni ci-vium & pleborum, catholicus Zelus, qui spiritu Aristocratico sufflaminati, templo Dei profanant, impias, in suum christianissimum Regem, Ludovicum XVI. manus injiciunt, cum innocentem propudiosa morte, contra omne Jus occidendo, Anno 1793.

*) Bella plurima aduersus suos, & Ecclesiæ hostes gessit, felici omnia successu. Inter quæ celeberrimum illud, quod octo ipsos Annos, cum Hunnoavaribus, (Pannonibus Slavis) tenuit, victis enim, hanc (teste Inchoffero ad Annum 803.) Carolus legem tulit, qui Christo nomen daturi sunt, liberi sunt, qui renuissent, adem-

ta

Episcopatibus habitant Slavi? Quo Anno Archi-Episcopatus Strigoniensis subdivisus est in minores Episcopatus? In quos? qui erant in his novis Episcopatibus primi Episcopi? Quid de Scepusiensi Episcopatu notatu dignum? an etiam in his Episcopatibus inveniuntur Slavi; Quis primus Nitriensem in Hungaria Episcopatum fundavit? quis in eo primus Episcopus? An cessante primo Slavico Episcopatu Nitriensi tempore Hungariæ Regis Colomanni fuerit ibidem Præpositura? A

P 2

quo

ta cum fortunis libertate, vita duntaxat, permittitor. — Perpetrato deinde bello, cum multi Hunnoavarum haud admodum abhorrere a Religione christiana viderentur, Carolus complura in Pannonia templa, quâ de novo a fundamentis erexit, quâ vetera reparavit, succrescentemque in dies Ecclesiam Arnoni Juvaviensem Antistiti curandam, magnopere commendavit, cuius opera fides Christi non parum postea inter Hunnos proleta est. Eadem AA. SS. H.

Gens Slavica uti in plurimos populos divisa, ita & multiplex velut Hydra, arma Caroli M. exercuit. Pipinus Caroli M. filius comitantibus Slavis præcipuam Hunnorum stationem expugnat, ubi immensa auri vis, thesaurique, ex Europa, Asiaque Spoliis collecti reperti sunt, adeo, quod omnis in eo bello, tunc florens Hunnorum nobilitas perisse ab Eginhardo perhibetur:

quo illa ad modernum Episcopatum evec-
ta? Quis olim habuit Juſ Patronatūs in
Episcopatum Nitriensem? Responsa vide
Cap. XI.

An Nitria Mæſiaꝝ, olim distincta fu-
erit a Nitria Hungariaꝝ? quis in illa fuit
primus Episcopus? an olim etiam in Nit-
triensi Mæſiaꝝ Episcopatu habitaverint Sla-
vi? An Tyrnavia Hungariaꝝ Civitas, po-
test Summi pro Tirna, seu Ternova Mæ-
ſiaꝝ Civitate? Ex. Cap. X. nota *Methodius*
Cyrilli.

Quot erant primi Slavorum Duces?
Quibus Nominibus nominati? Quot annis
ante Christum natum regebant Slavos? Ex.
Cap. I. & XII. Qui ante hos Duces rege-
bant Slavos? Quo opitulante adepti sunt
Slavi proprios Reges? Quo ſeculo in-
choarunt Slavonici Reges suum Regimen?
Ex. Cap. XII.

Quis fuit primus Slavorum Rex?
quid de illo peculiare notandum? Quaꝝ?
& cum quibus, quo ſucceluſu bella geſſit
Marobodus? Quis fuit ſecundus Slavo-
rum Rex? Eſt ne aliquid notabile de
iſto Gotvalda? Quid notatu dignum ac-
cidit ſub tertio Rege Vannio? Quid ſub
IV. Vangio? Cur V, Cimber, & VI.
Thu-

Thudrus in humilitate imperarunt ? Quid glorioſi fecit VII. Verabertus ? Quo ſucceſſu VIII. Rex Slavorum Gunthericus ſeu Markomyrus cum fulminatrice Romanorum legione pugnavit ? ad quem annum hæc pugna referenda ? Quomodo iſte Rex cum Antonino Commodo Romanorum Imperatore conſlixit ? Quoties IX Rex Slavorum Attalus ſeu Ardericus vicit Romanos ? Qualiter X. Rex Ferimundus contra Vandaloſ ? qualiter contra Romanos pugnavit ? Ubi , & quomodo XI. Rex Oſinuchus mortuuſ ? De XII. Rege Gabino nihil eſt memoratu dignum . Qua occaſione Percha electus eſt in XIII. Regem Slavorum ? quid ſub illo patrarunt Slavi ? Contra quem pugnavit XIV. Rex Frigidibus ? A quo Rosemundus XV. Rex fi- dem christianocatholicam laſcepit ? cum quibus pugnavit ? qualiter mortuuſ eſt ? De XVI. Rege Chunimundo, nihil occurrit pecculiare . Quomodo regebat ſubditos XVII. Rex Marothus ſeu Marovodus ? Quale Nomen acceperunt Slavi ſub XVIII. Rege Babak , cum quibus iſte pugnavit ? Quos populos devicit XIX. Rex Samo ? Quibus virtutibus XX. Rex Slavorum Marothus effecit , ut Slavicū Regnum ſub illo florentiſſimum potentiſſimumque ac ideo omnibus formidabile evaſerit ? Cur ſub XXI. Rege Svatesio , Regnum Slavorum de-

defloruit? Feliciterne XXII. Rex Samo-
mir contra Hunnos pugnavit? XXIII. Rex
Slavorum Samoslavus cum quibus bella
gesfit? In quali bello Lechus XXIV. Rex
occubuit? Quo vulnere fauciatus mortuus
est XXV. Rex H̄ormidorus? Quæ lau-
dabilia christiana facta, notanda sunt de
XXVI. Slavorum Rege Mogemiro I. an
plus belli, quam pacis amans fuerit XXVII.
Rex Brynno seu Privinna? Quam infeli-
citer pugnavit & vitam misere finivit
XXVIII. Rex Mogemirus II.? Qua fortu-
na XXIX. Rex Radislaus seu Rasticen
contra Ludovicum pugnavit? Responsa vi-
de Capite XII.

XXX. Rex Slavorum, cunctis nati-
onibus notissimus Svatoplugus, cuius
erat filius? ubi natus? a quo ad regni
gubernacula admotus? Quare Rasticen est
a Svatoplugo, Carolomanno traditus?
Quot bella? & contra quos gesfit Svatop-
lugus usque ad Annum 876. Cujus filiam
accepit Svatoplugus in suam Uxorem?
Quam magnum habuit Svatoplugus Rex
exercitum dum contra Duces Pannoniae
prospere pugnavit? Ob quam causam Ar-
nulphus Cæsar contra Svatoplugum cum
adjutorio aliarum gentium bellum mo-
vit? An erret Thurocius, Bonfinius, dum
eat, Slavos a solis Hungaris suppressos? An
Sva.

Svatoplugus post suppressionem sui regni, in Nitriensi Eremo Zobor duxerit eremiticam & sanctam vitam? An fabulosa Chusiz ad Svatoplugum legatio, & an Joannis Thurocii, Hungarici Scriproris, decentata, ideoque explosa nœnia, de Regno Slavorum, Hungaris vendito pro ornato equo, prudentem hominem sapiat? qua paritate hæc fabula potest retorqueri? Rx Cap. XIII. In eodem Capite XIII: Ad notam Folii 175. sequentia adde. Etsi enim id Bonfinius Dec: 1. Lib. 9. & Thuroczius Chron. Lib. 2. c. 2. cum nonnullis rerum Hungaricarum scriptoribus dissentente affirment tamen apud alios præsertim probatores Bohemicos, Moravicos, & Polonicos Authores hac super re altum est silentium. Impossibile vero videtur, ut hi tam singularem casum tacuissent, si unquam accidisset. Cum præsertim Hungaris tunc nulli scriptores fuerint, Svatoplugus autem plures viros litteris eruditos (erat enim christianocatholicus) in suis Regnis numeraverit, qui res memorabiles in Acta retulerunt. Sicut Bonfinii & Thurocii tempore, de hac Quæstione facilius paras aures invenerunt fabulæ, locum habuerunt mendacia, ita moderno tempore persæpe Slavica veritas mendacio, æquitas iniquitate, fabulis, calumniis, Saxonica innocentia opprimitur. Namque,

ut

ut ait Thucydides (Hist. L. I.) vulgo negligitur veritatis investigatio, sed ad ea, quæ sorte & temere obtata sunt, potius feruntur homines (maxime primæ informationis homines) Liceat teste Cicerone pro M. Cæl. *veritas contra hominum ingenia, calliditatem, sordidiam, contraque fictas omnium insidias facile se, per se defendat.* Ubi est ultima vice victus in bello Svatoplugus? A quibus? Quo instigante? R. Folio. 160. 171. 172.

Quot filios permisit post se gloriosus Svatoplugus? Quæ eorum Nomina? Quæ eorum brevia tristiaque fata? Usque ad quotum sæculum Regnabant in isto, moderno Hungarico olim florente Slavonico Regno, Reges Slavorum? R. vide Cap. XIII. Folio 176. &c. notam *Moriarum*. Quæ dein facta est divisio devicti Slavonici Regni? R. *ibidem* sub quo Duce Ungarorum cessavit Regimen Slavorum Regum? R. Cap. III. §. *Matra*. Et Cap. XIII. Folio 176 Nota. Quando partes a fluvio Grano, vagoque ad Moravam amnem usque, adnexæ sunt Hungariae? R. *Ibidem* Folio 178. 179,

An incipiendo a Marobudo, primo Slavorum Rege, seu ab initio æræ christianæ, Slavicum Regimen Slavorum Regum, jam in Bohemia & moderna Moravia, jam in Pannonia, in antiqua Magna Moravia, per

con-

continuam eorum seriem, usque ad finem Regni, diutius perduraverit, quam Ungaricorum Regum, a primo Hungariæ Rege S. Stephano, per continuam sanquinis Ungarici seriem, usque ad Andream III. Regem Hungariæ? — — :

An a primo christianocatholico Slavorum Rege Rosemundo, per continuam Slavorum Regum seriem, plures numero fuerint catholici Reges Slavi, ad finem Regni Slavici, quam a S. Rege Stephano per primam seu domesticam Periodum Ungariæ Regum? — —

An moderna Hungaria, & ejus Sacra Corona, emortuis de Hungarico sanquine Regibus, habuerit Slavos Reges? Ad hanc Quæstionem facile tibimetipsi respondebis ex secunda Periodo Regum Hungariæ, his Nominibus, Wenceslaus Bohemus. Vladislaus I: cum profano Diademeate. Vladislaus II.

Quantum olim profuerint? quantum nunc prosunt Regno Hungariæ Slavi, hujus Regni incolæ, Respondeo, tanto plus, quanto plures Regni partes, & Comitatus incolunt. Magni & robusti, laboriosi, ingeniosique populi magis difusi, majores solent esse vires, & ex his majus regno emolu-

Iumentum & robur, snatusque Ecclesiaz decus. (vide Cap. VIII. §. III. Fol. 52. Et Cap. V. §. I. Fol. 27. Et Cap. XI. §. IV Folio 120.)

Ad confirmanda. isthic citata , addo ex autenticis documentis excerptum exemplum, referens a probitate & eruditione MAGNOS SLAVOS, qui ob abbreviadum typum solo Cognomine indicantur.

DE SLAVICA NATIONE PROGENITI, HUNGARICÆ ECCLESIAE, ET POLITICO HUNGARICO ORBI OLIM UTILES *MAGNI VIRI SLAVI.*

Archiepiscopi & Primates Hungariæ.

Szelepcényi: Magnus Patriarcha Cleri) Lófzy. Liligerum odorem ad usque spirans) Martinuzius Meritis utriusque Reipublicæ clarus.)

E P I S C O P I .

Hafsko: J — H — S —) Gusztiny: Adamantinus Origenes) Klimo: Miraculum prudentiæ humanæ) Plures ex Baronibus de Revay. Veræ fidei columnæ) Buczko: De quo vere dictum *Scibile discutit omne*) Zudar: Politia mundo , sanctimonia Deo dilectus) Dudics: Dictator Patrum in Concilio

cilio Tridentino) Richvaldszky : Quem
meritis consummatum invida mors supre-
mis dignitatibus subtraxit , tantus enim
erat, ut nihil invenisses, quod ad numerum
eius virtutum addi potuisset.

C A N O N I C I .

Spáczay. In Regimine discretus)
Nedeczky. A Zelo apostolico clarus)
Filo. magnus Polemicus) Koleda. delici-
um alumnorum) Robik. Clarus expositor
Orthodoxæ fidei) Rumer. Gloriosus Ko-
panicsariorum Apostolus) Ambroffovszky.
In Zelo Pauli Apostoli æmulus) Fändly.
A Theologica eruditione clarus. Terlanday.
Redivivus ille Ambrosius.) Lukácsy. De
quo eruditus mundus dicebat *Vir iste Bi-
bliotheca ambulans.*) Androvics. Aloysius
Romanus.) Nozdroviczky. Indefessus do-
minici gregis contra Tökolianos Defen-
sor.)

P A R O C H I .

Pirstl. In Jure Verboczius , in con-
troversiis Bellarminus.) Fektor. Ab ex-
hausta Doctrina SS. Patrum clarus.) Mis-
skovicz, qui in cordibus plurium quam
200. convertitarum perennat) Zsguricz.
Mirabilis victima pro pestiferis.) Nagy
Joann : Magnus ille magister cleri.) Vég-
hius. Martyr miaviensis,) Abel. Aposte-
lus Nahacsiensis.)

REL.

RELIGIOSI.

Kali — Voda — Kazi — Most. Muszka.
Prileczky. Akay. Andreas Bernolák **Magnus**
Theologus. Abel. Et plures alii ex Jesuitis
 clarissimi Slávi.) Mácsay. Kelecsényi. Sztre-
 ffska. Ordódy. Mentler. Szlabigh. Csepelényi
Mis. **Apost.** Bittcsensis. A scientiis & Perfe-
 ctione religiosa nōti Paulini) Haczay. Hru-
 skovics. Chmel. Adamovics. Zsáksek. Bor-
 siczky. A subtilitate scotistica venerandi.)
P. **Vincentius Blaho**, & plures alii Provin-
 ciæ Salvatorianæ. P. Daniel Viszoczány. P.
Ernestus ex Pobedim. P. Marianus Vránaj.
 Inter Trinitarios magis scientifici Slavi.)

Quicunque tantorum a probitate &
 scientia clarorum Slavorum virorum Nomi-
 na legis, sis æqui bonique amator, da Deo,
 & glorioſæ Slavicæ Nationi gloriam, atten-
 te perpendendo, & vere affirmando Plinii
 dictum, tibi jam Folio III. ante oculos
 positum.

EX POLITICO STATU

Quantum olim profuerint Hungariæ,
 & nunc profint e Statu politico Slavi, te-
 stantur sequeentes Comitatus, in quibus Pub-
 lica Officia gerunt, utpote: Posoniensis. Nit-
 triensis. Arvensis. Barssiensis. Strigonienfis.
Thurocziensis. Liptoviensis. Zoliensis,
 Nagy - & Kiss - Hontensis. Neogradieensis.
 Gömöriensis. Scepuzienfis. Sárofienfis.
 Zempliniensis. Pestiniensis. Pilisiensis. &c.

Quis

Quis etenim recenseat, quibus viris, quantis Slavicis Familiis gloriatur vel solus Threnensiensis Comitatus? & quidem *Comitibus* - Illeshazyis. Balaffyis. Szunyogiis. Szapáriis. Zserinyis. Baronibus - Revayis. Pongracziis. Rutkayis. Ssándoronibus. *Stemmatis antiquitate* - Motesficzkyis. Ambronibus. Ordodyis. Davidis. Nozdrovičzkyis. Madočanyis. Matyasovszkyis. Prileczkyis. Trityanszkyis. Jeszenszkyis. Akayis. Marffovszkyis, — Et pluribus aliis, quorum Majores, quæ pro hungarica Republica gloriose egerint, domestici Historici indicant, qualia ego, ne aliquorum Illustrium, Spectabilium, Prænobilium Nepotum, modestiæ candorem offendam subticeo. Erant nonnulli ex aliquibus præmissis familiis, qui adhuc subprimis Hungaricorum Regum æstatibus; ac succendentibus deinde temporibus, supremi Regum Legati, supremi, Hungarici militaris exercitus Duces, hostibus formidabiles, præfuerunt arcibus, curarunt publica ærraria, togæ gravitate, difserta Pallade, acuta legum peritia, exornarunt Regum Pallatia, atque tribunalia. Hos ex innumeris paucos, adferre tempus & occasio admisit, quos olim Hungaria, de Slavica Natione claros suspexit. Sunt aliqui, Slavi, qui etiam apud exterios fama clarissimi, monumentis scriptorum, æternitati sunt consecrati, quorum virtutes, herœica facinora, inculpatæ vitæ gloria, donec stabit mundus, stabunt immobiliter.

Fa.

Fateor, plures alios ex utraque Républica (quales erant ē politica, Senkvicziensis Kollinovics, Magnus Historicus. Thomas Szlabigh Felső Dombensis, Magnus Poeta, & plures alii, Slavi, altiorum Scholarum Professores eruditissimi) hic meritos fuisse locum, nisi cogente, promisso a me temporis termino, & urgente fervido Dominorum Prænumerantium desiderio, compendiatum hocce opusculum, additis solum his compendiosis Appendixibus terminandum fuisset. Summopere tamen opto nomine Slavicæ Nationis, ut de iis, quæ a me compendiose attacta sunt, nostrorum eruditorum diligentia, successive plura in lucem proferantur, ut videant & aliæ Nationes, quidnam Slavi olim valuerint, & quam multum etiam modo valeant moderni, qui præmissis comparari possunt, ut opto, ita spero, hos nostri posteri hujus styli sequaces, & Nationis suæ Defensores, eruditio Publico manifestabunt, sibique cum eorum laude imitandos proponent, & Patrum præclara vestigia ita arcte prement, ut se eorum genuinos filios liquido demonstrent. Dantur hac nostra, ætate ad nostram notitiam & compassionem, complures privati, — digni, idoneique ad publica Munia, sive in Ecclesiasticis, Religiosisque, sive in Civilibus actionibus obeunda, sed, proh dolor! apud multos, vitræ & ideo facile

le fragilis, ac ut clariss exprimam, Nover-
cantis fortunæ, lætior vultus desideratur.

Jam pro coronide, præcedentibus bre-
viter attactis, interogo : si Slavi Magno
Alexandro præstiterunt se in fide veraces
(fidelitatis veracitate quid æstimabilius ?)
in armis strenuos ; (armorum strenuâ opera
quid gloriosius ?) Domino Mundi robustos,
& bellicosos coadjutores (robusta & belli-
cosâ hac Societate quid splendidius ?) si Sla-
vi (Slavini) primos suos parentes in Semo
vel Japheto, utique cumulatissima benedic-
tione donatis, & jugo servitutis infallibili
promissione exemptis, venerantur. Si nume-
ro maximarum gentium & populorum sunt
infiniti, si sub Attilæ signis meruerunt, aut
etiam, ut socii militarunt, si secundum al-
terum Hunnorum in Pannoniam adventum
oras Danubiales jam fortiores ut antea Indi-
genæ tenuerunt, si tum virtute Martis, su-
perarunt Italos, Græcos, Germanos, si
Slavorum linqua in potioribus Europæ par-
tibus diffunditur, imo & in Asiam exspa-
tiatur, glaciale, Adriaticum, Balthicum, æ-
quora attingit, atque hæc etiam transgressa,
vastas implet Insulas, si Alexander Magnus
putavit dignum, ut Slavicam linquam ad-
disceret, Quippe ut asserit Petrus Reva
(Rer: Hun: Cent. 7.) Alexander M.
gnarus illius fuit, in bello enim contra Dari-
um

*um gesto, Illyrios, Thracas, Græcos Macedones, & alias gentes singulas, diversa oratione allocutum scribit Justinus Libro XI. *)*

*) Breviter appono verbis Justini illa motiva, quibus Alexander M. diversas in sua militia gentes ad strenue bellandum animabat - Darius cum 300000. peditum, & 100000. equitum in aciem procedit. Movebat hæc multitudo hostium. respectu paucitatis suæ Alexandrum, sed interdum reputabat, quanta res cum ista paucitate gessisset, quantosque populos fudisset. Itaque cum spes metum vinceret, periculosis differre bellum ratus, ne desperatio suis cresceret, circum vectus suos, singulas gentes diverse oratione alloquitur. *Illyrios & Thraças opum ac divitiarum ostentatione, Græcos veterum bellorum memoria, & ternique cum Persis odii accendebat.* Macedones autem nunc Europæ victæ admonet, nunc Asiæ expetitæ, nec inventas illis toto Orbe pares vires gloriantur. Cæterum, & laborum finem hunc, & gloriæ cumulum fore, atque inter hæc identidem consistere aciem jubet, ut hac mora consvestant oculis, turbam hostium sustinere. Ita *Justinus L. XI.* Similibus perorationibus solabantur Austriacæ militiæ longam, diurnam, nocturnamque patientiam, invictissimi supremi belliduces Loudon & Koburk. Isti, in multis periculis heroice suas militares turmas obequitando, talibns Alexandrinis motivis eis animabant, dum ille Belgradum, iste Buchurestum Turcis eriperet Anno 1789.

Se-

Si in magnis aulis Russorum, Turcarum Slavonica linqua non cedit, Itali-

Q

cæ,

Sequentem quæstionem instar animadversionis adjungo. Quis docuit Alexandrum M. linquam Slavonicam? Respondeo, hanc Alexander M. neque inter suos Macedonios populares Græcos, neque in militia didicit, nam, nec sui militaris tyrocinii tempore per biennium, nec post mortem sui parentis inter tot continuos armorum strepitus, tempus ei suppetebat ad tantas linquas percipiendas. Quis ergo eum Slavonicam docuit? (Ex præmissis, & sequentibus, rationibus historica probabilitate convictus) respondeo, Aristoteles ejus Præceptor, sub hujus ferula Alexander M. (ut ait Bergomense supplementum) a teneris unquiculis educatus, edoctusque est in septemartibus, usque ad decimum quintum suæ adolescentiæ annum, quo, ferocem Bucephalum domuit; en documentum hujus mei aiferti, littera nempe, quam scripsit Philippus Pater, dum natus est ei filius Alexander M. ad Aristotelem — *Philippus Aristoteli salutem.* Filium mibi genitum scito: pro quo quidem Diis gratias ago, non tam perinde, quod natus sit, quam præ eo, quod nasci eum contigerit temporibus vitæ tuae, spero etenim fore, ut educatus, eruditusque abs te, dignus existat, & nobis, & rerum istarum susceptione — Ergo græcus Aristoteles, Philosophorum omnium Princeps, scivit linquam Slavonicam? Responderem ad hanc quæstionem pluribus, sed — veror, ne aliquis meum responsum ulterius ad Aristotelis Præceptores, Socratem & Platonem, aut ad

alios

ex, neque Gallicæ, neque Latinæ **) si a tempore sancti Stephani Regis Hungariæ, usque ad felix Regimen Francisci I. Regis nostri in regalibus aulis semper chara & grata fuit Slavica Linqua. Si Slavi Regni Hungariæ antiquissimi incolæ, a tot sœculis, tam multa bona pro salute Regni, pro ornamento & defensione Hungarianæ Ecclesiæ fecerunt, (ut supra innui) si linqua Slavonica cœlitus designata, & Romanæ sedis oraculo approbata ad sacras Aras, mysteriis de-

alios Atheniensis Lycæi, Græcorum eruditissimos extendat. Fuisse aliquos, qui linquam Slavonicam Græcæ linquæ cognatam esse voluerunt, innuit inferius Appendix III.

**) Est etiam his annis in Hungaria visibilis, et si rara, Slavonica Gramatica, quæ iu aula Turcici Imperatoris traditur, tanquam plana & facilis via ad omnes, ex Slavica matrice dialeto descendentes linquas, hanc ex arte addiscere debent qui in Turcica militia aliis pressे exoptant. An Constantinopolitana Regia aula, cum disciplina occidentalium linquarum, Austriacam Viennensem Universitatem, aut an Viennensis cum Traditione orientalium, illam æmuletur, Historiarum & linquarum peritus Lector dijudicet. Russo-Slavicam, Illyro-Slavicam, Rascianico-Slavicam, Croatico-Slavicam linquam notam esse Turcis, nostrates Slavonici milites ex novissimo Turcico bello (1788. 1789. —) reduces, testantur.

deservit pari dignitate, quâ Latina, vel Græca. Si denique hodiernorum Slavorum genus, qui tot & tam magnas Hungariæ Provincias occupant, cum Hungaris, ab origine Hungaricæ, Apostolicæ sacræ Coronæ, (imo & ante illam) idem Regium Sceptrum suscipit, iisdem legibus paret, regiturque, eadem vitam tolerat libertate, eodem jure tuetur fortunas, eodem igne, eadem aqua utitur, eumdem aërem sub eodem Hungaricò cælo spirat. Si stantibus omnibus his, ut jam demonstratum est, & ultronee declarabitur, interogo inquam pro coronide, quis, cui sine nationalismo, sine præjudiciis vivit, auderet contra antiquissimam, a tot meritis gloriosam, longe lateque per Europam difusam Slavicam gentem aliquid sinistri effutire? — ille solum auderet contra Slavos hiscere, qui cæcus hospes, & claudicans peregrinus est in Historiis.

Amice, de Inclita Hungarica natione Lector, quoadusque futuris temporibus, hujus styli recordaberis, eousque memento sequentis meæ conclusionis, qua etiam tibi, nostro concivi, amicum & honorabilem affectum ostendo, dicens cum Josepho Flavio (contra Apion: L. II.) Scribendo hoc Opusculum, semper fuit illa mea attenta intentio, *Neque aliorum* (videlicet Hunga-

rorum) vituperare jura, neque nostra laudare, Sed hoc egi, ut de nobis injuste conscribentes, & contra ipsam veritatem impudentissime contendentes, arguerem. Non tam verbis, quam historicis Documentis.

APPENDIX II. *HISTORICA DISSERTATIO.*

De constanti Fidelitate Nationis Slavicæ, quam ista, Serenissimæ Archiducali Domui Austriacæ, suisque ex ea Regibus, per omne tempus exhibuit.

Perlecta est hæc *Historica Dissertatio* in Universitate Pragensi Anno 1791. Die 25. Septem. coram Augustissimo Imperatore & Serenissimo Rege Leopoldo II. dum litterata Bohemica Societas, Eundem suum Clementissimum Dominum prima salutatione veneraretur.



**AUGUSTISSIME IMPERATOR !
SERENISSIME , AC CLEMENTISSIME
DOMINE DOMINE REX NOSTER !**

Si omnes incolæ terrarum Austriacarum habent rationem, ut in fidelitate (quam non pridem in regnicularibus conventibus mani-

manifestarunt) Illyricæ nationis, Serenissimæ Archiducali Domui Austriacæ , semet humanissime subjiciant, ad hanc subiectiōnem, nos Bohemo-Slavi habemus plures certe quam unam causam: Et quidem primo: Cum omnem aliam Nationem, Archiducalis Austriacæ Domū Sceptro subditam, audacter provocare possimus, ut nobis aliquod exemplum suæ subditelæ, suæ obedientiæ , & talis ad eam Domum fidelitatis nominet, quo nos haecenus superasset, aut nobis æquiparari posset, specialiter ab exordio Regiminis piæ memoriæ Cæsareo-Regiæ Majestatis MARIAE THERESIÆ, in talibus circumstantiis, in quibus, post ineffabilem ruinam Regni nostri, ob diuturna bella, respective nulla spes nobis supererat meliorum futurorum successuum.. Secundo: Ideo nos Bohemo Slavi, tanquam vitis illius magnæ, longe lateque diffusæ Slavonicæ Nationis, illud nobis maximæ gloria ducimus, quod præter alias Nationes Slavonicas, etiam nos Austriacam Cæsareo-Regiam Domum , in illius magnitudine & estimatione conservaverimus, & quod unitis viribus omnium aliorum Slavicorum populorum, Austriacum Regimen etiam futuris temporibus, contra hostiles impetus defendere possimus.

Dig.

Dignetur vestra Cæsareo - Regia Majestas indulgere , ut , tantum currenti lectione , de Slavonicis Nationibus Archiducali Austriacæ Domui subditis , istud ita confirmare possim , ut de hoc fidelitatis arguento nec dubitari , nec mihi aliqua culpa exponi possit , quasi plus , quam satis , dixi sem . Ipse titulus , quo vestra Cæsareo-Regia Majestas a quarto Slavonico Regno denominatur Rex Croatiae , Dalmatiae , Slavoniae , Bohemiae , Halicie , non est sola vana Gloria & arrogantia , juxta consuetudinem Aziaticorum Zoltanorum , sed effecti-ve id significat , quod verbis exprimit .

Ex 367000. Croatis (pono hic minimum Azmerum) stant omnes armati viri ad servitia , parati ad defensionem Regnum vestrae Majestatis , eorum animus & robur , est notum universo Munde . Croatae cum Regno Slavonico , erant primi ex omnibus subditis Austriacis , qui in hac Austriaca Domo determinatam , etiam ad sexum fæmineum extensam hereditatem Regiam , Anno 1713. sulleniter suscepereunt , suo profuso sanquine defenderunt . Descendunt illi ex quibusdam Slavicis Nationibus , quæ ex septentrionalibus terris (ex Bohemia , Moravia , ex Silezia) sæculo septimo Danubium transeuntes sub patrocinio orientalis Imperatoris Heraclii , in moderna Cro-
atia

atia incolatum fixerunt. Sæculo undecimo facti sunt subditi Ungaricæ Regiæ Coronæ, & cum Hungarico Regno, sub Cæsare Ferdinando I, juncti sunt Domui Austriacæ.

Slavi (253000.) præter alios, qui ad Illyricæ Nationis numerum accedunt, illud pulcherimum exemplum suæ promptæ fidelitatis erga Archiducalem Austriacam Domum, omnibus reliquis subditis ad imitandum oportune eo tempore ediderunt, quo, tam multi inquieti, illis proximi, sat clare ad excitandos tumultus murmurarunt, ac sic Slavi illos inquietos ad tacendum adduxerunt, sibique certitudinem favoris & gratiæ, quam a vestra C. Regia Majestate obtinuerunt, promeriti & lucrati sunt. Quid plus, Slavi suis confratribus Turcicis Serbis (Serviis) a quibus potiori ex parte, ita, sicut ipsi incolæ Serviæ a septentrionalibus Slavis aut Serbis, descendunt, lachrymas ex oculis elicuerunt, ostendendo eis, quod sub benigno Regimine Austriaco illa fortuna fruantur, quam, a longo tempore suspirando, anhelarunt. *)

Re-

*) Dum Austriaci milites Duce invicto Loudonio Anno 1789. 8. Octob. Devicto Belegrado, ex potiori parte Serviæ, Tuscum pepulissent.

Regnum Gallicæ, & Lodomeriæ, quod Domui Austriacæ Anno 1772. appropriatum est, dum Augusta MARIA THERESIA, qua Regina Hungarica & Bohemica, suis antiquis juribus in illis terris uti cœpit, (ita Provincia Bukovina dicta Anno 1774. cum 130000. hominum) ex suis 2580796. incolis, Austriacam militem, cum addito recente selecto Polonico & Russico milite, ita notabiliter auxerunt, ut semet uno tempore, duobus potentibus hostibus opponere valuerit. Polonica Natio æternam gratitudinem ab Austriaca Domo merita est, quod olim suis auxiliaribus copiis a Turca circumdatæ Viennæ succurrerit, ac inimicum depellere juverit.

Bohemorum & Moravorum, quibus ob communem usum loquelæ & constans commercium, ad numero superioris Hungariæ Slavos, est Numerus ad 6000000. Facti sunt sub Ferdinando I. Rege. Anno 1527. subditi Austriaci, & ab illo tempore strenue bellarunt adversus omnes hostes hujus augustæ Domus. Eorum specialis dexteritas & apta qualificatio ad militarem statum, est communiter Nota. Si tota hominum multitudo terrarum Austriacarum 21000000. non superat, tunc clarum est, quod multitudo hominum e Slavicis nationibus (ad quas etiam Slavi in Stiria. Carin-

rinthia & alibi reperibiles accensendi sunt) non solum omni alteri Nationi æquiparari possit, sed quod omnem aliam longe superet. Jure igitur Slavonica Natio in hoc gloriari potest, nempe: ab ea externam securitatem totius. Archiducalis Austriacæ Domus præprimis conservatam esse, pro cuius defensione etiam modo parata est, sua patrimonia, vitam & sanquinem profundere, eamque in sua Regali Majestate potenter tueri & conservare.

Est certe res omni attentione & admiratione digna, qualiter vetustæ circumstantiæ, & revolutiones omnium Slavonicarum Nationum immutatae sint, ante aliquot sœcula, vi & potentia irruerant Slavi in occidentales terras tumultuoso impetu excitarunt in arma Germanicum Imperium, sed a Carolo Magno, & ejus successoribus, tam potenter sunt depresso, ut Germani cum iis, quâ suis captivis & vazallis, pro libitu suo nimium crudeliter egerint, inde est etiam modo in memoria hominum illa odiosa, nominis Schlaw significatio, nempe a Slavis captivis crudeliter afflictis, nunc autem fortiter bellant Slavi pro Austriaca Cæsarea Domo, usuantes omnia Jura & libertates, quibus in Imperio gaudent nati germani, non sunt amplius Schlawi in vita-

vituperabili sensu hujus vocis, qua odiosum genus hominum contemnitur.

Ante aliquot centenos Annos ; Slavi ex Saxonia , Miznia , Turingia , ex Lusatia , Brandenburgia , Pomerania , ex Silesia , usque ad ultimos fines expulsi sunt , & linqua eorum suppressa est , nunc autem dominantur per Russicam & Slavonicam vitem , tanquam ab his distenti palmites , a mari nigro ad glaciale , ineunt sollemnes contractus in limitibus Chinensis Regni , promulgant sua Slavonica linqua Mandata longe lateque ultra ducenta millaria , nova Regna & incognitas Insulas quærunt , & iuveniunt etiam in vasto hujus Mundi Mari inter Asiam & Americam.

Antiquis temporibus sub Græcis Imperatoribus , in Imperio Constantinopolitano , Slavi applicabantur ad folles adtrahendos , & ad alia contempta servilia opera , nunc vero , Sultano , Romani Imperatoris terras , vi eripiunt & expugnant , concutiunt , disficiunt ejus bellicas naves , contra eum heroice in nigro mari bellantes , hi fortes bellatores Russo - Slavi , uniti nostratisibus Slavis (quorum audax animus & robur Vestræ Majestati ad servitia semper

per paratum est) eundem Turcicum hostem ex ejus superbo folio ejecissent, expulissent, isto novissimo Turciço bello suppressissent, nisi Vestra Majestas hanc gloriosiorem victoriam reputasset, nempe: tantæ sanquinis profusioni finem facere, & ambitioso, undique juri devicto hosti pacem donare.

Evolutis ab hinc centum septuaginta annis magna pars Bohemo Slavorum, quæ, a temporibus Ferdinandi I, Domui Austriae per integrum sæculum inviolata fidelitate subdita erat, per aliqua disturbia in fide adeo seducta fuit, ut suo vero coronato Regi Ferdinando II. obedientiam & subditelam excusserit, edixerit — sed, hac ætate non audiuntur similia, tristissimis sequelis ex memorato fato, edocti sumus, quam periculosa & perniciosa res esset, infidelem se suo Regi & hereditario Domino exhibere, longe magis convicti de Regiis Juribus, in amore erga subditos populos fundatis (quibus Vestra Cæsareo-Regia Majestas tanquam sapiens & æquus Jurium conditor, tam multas Nationes, ad earum felicitatem adducere nititur,) non invenimus sufficienia verba, quibus pandere possimus cordis sensa, & mentis cogitationes, queis in præsentia Regis nostri, nostra corda repleta, & pre gaudio dilatata sentimus. O ! utinam essem potens, ad hæc omnia vere exprimenda !

Ve-

Vereor certe, attamen in hac verecundia humillime præsummo Vestræ Cæs. Regiæ Mejestati offerre aliquot imperfcta opuscula nostrorum domesticorum, verecundorum, haçenns contemtorum Bohemo Slavicorum virorum, in quibus opusculis, licet tam magni Monarchæ laus satis digne non decantetur, verumtamen fidelitas & obedientia Bohemo Slavicæ Nationis erga Serenissimam Austriacam nobis Regiam Domum, & erga nostrum Regem, adeo fortiter & exæte describitur, ut de nostra gratitudine, de appreceptionibus, nullatenus dubitari possit. Piis votis, & desideriis nostra Natio suum Regnante (dum hic ad nos venire desideravit) expectabat, resonantibus exultationibus sicutavit & suscepit eum in suam Metropolim, ac millenis, omnium benorum acclamationibus, Suspiriisque, quadrum se vertit, eum sequitur, plene confidens, omne bonum ab eo se obtenturam, quid quid a tali justo, sapienti & benigno Principe & Patre sui populi, disiderari potest.

En Clementissime Domine, Domine Rex Noster, Vestræ Majestatis Regiæ pedibus, humillimè substerno, unanimè cantum, nostrorum Bohemo Slavicorum Poetarum, en sub diversis symbolis, illorum, verum

suum Complexus. Unum opuscolum porrigit Persona e laboriosa plebe nostra, nempe ruricola & Judex Milsciensis in Regio Cameratico Dominio Podiebradiensi, (dignetur istud Vestræ Majestas gratanter acceptare) est in illo videre, qualiter Regni Bohemici Leo, semet Vestræ Majestatis pedibus substernens, pro eo humillime supplicat, ut gravamina nostræ laboriosæ plebis exponat, & Vestræ Cæsareo-Regia Majestas, dignetur illa nunc, & in futurum semper nostro Bohemo Slavico idiomate clementer exaudire, istud, est illud motivum, quod me, nomine multorum centenorum millennium Bohemo Slavorum animat, ad hanc supplicationem humillime porrigendam, ut Vestræ Majestas Regia, nunc, cum aditu suæ pretiosæ hereditatis, a gloriofis Primo-ribus sibi relictæ, nostram Bohemo Slavam Nationem, cum nostra materna linqua, contra omnem inconvenientem vim, contra indebitam coactionem, & inconsiderabilem suppressionem, clementissime defendere, paterne protegere dignetur. Licet aliquibus videatur, magnum inde, pro publico bono emolumentum fore, si omnes subditi una, eaque æquali linqua loquerentur, certum tamen est, omnia violenta in hoc puncto noxia esse, recta politica agendi ratio, multoties potest, diversarum Nationum, diversis linquis, tanquam mediis, ad suum obtinendum finem, uti,

Abuterer patientia Vestræ Cæsareo Regiæ Majestatis, si isthic de necessitate & utilitate Bohemo Slavicæ linquæ, pro omnibus officialibus, locumtenentibus, Statibus, tam in Bohemia quam in Moravia necessariæ, loqui deberem: Vesta Cæc. R. Majestas, de dilectione & æstimatione nostræ linquæ, fortissimum argumentum vel ex eo nobis manifestat, dum, ad tenorem aureæ bullæ Caroli IV. *) ad exemplum sui Prædecessoris Ferdinandi II. cujus filius Ferdinandus III. Bohemo Slavica linqua salutare consvererat, ad exemplum Cæs: R. Majestatis MARIAE THERESIÆ, quæ, in Militari Academia in nova civitate, exercitum linquæ nostræ demandavit, & præterea in Universitate Viennensi, hujus linquæ Professorem publicum constituit, etiam ad exemplum gloriose Memoriæ Josephi II. qui in Academiis nobili juventuti scientiam Bohemo Slavicæ linquæ potenter recommendabat, illud inquam, Vesta C. R. Majestas argumentum pro dilectione & necessitate nostræ linquæ manifestat nobis, dum ad tot præclara exempla, aliquos, e sua serenissima Regia Prosapia, suos Filios, in illa erudiri curat.

APPEN-

*) Conatus Caroli IV. Imperatoris pro Linqua Slavonica, clarius intelliges, in sequentis Appendix III. §. Taceo jam.

APPENDIX III.

DE LITERIS & LINQUA SLAVORUM.

§. I.

Literæ Cyrillicæ cum Glagoliticis olim Slavis propriæ, commutatæ sunt, primo cum Latinis.

Duplices olim Literas Slavicis populis fuisse usitatas, alias *Cyrillicas*, *Glagolitas* alias, nemo rerum Slavicarum vel mediocriter peritus ignorat. a.) Illud pariter apud omnes exploratum est, vetustam gentem hanc non minus, b.) ac per innumeros fere terrarum tractus longe, lateque diffusam, c.) characteribus *Cyrillicis* tamdiu fuisse usam: quamdiu apud eam mos ipsas Missas, Canonicasque Horas Linqua vernacula celebrandi, d.) probante contra accusatores Apostolica Sede, e.) perseverabat. Quo ritu dein antiquato, f.) atque Linqua Slavica in communi, seu profano hominum commercio mutationem identidem subeunte, g.) Literæ quoque *Cyrillicæ* ita commutatæ sunt cum *Latinis*, ut jam initio seculi XI. monumentis Literis *Cyrillicis* exaratis passim intercidentibus, h.) vocabula Slavica *Latinis* characteribus publice exprimerentur. i.)

§. II.

a.) Literæ Cyrillicæ a Methodii socio Gentis Slavicæ Doctore maximo Cyrillo, Glagoliticæ ab auctore quodam incerto, quem nonnulli Hieronymum existimant, inventæ, atque comparatæ dicuntur. Conf. Joh. Petri Kohl in Academia Scientiarum Petropolitana Historiæ Eccl. & Humaniorum Literarum Professoris *Introductionem* (nunc rarissimam) in Historiam, & rem *Literariam Slavorum*. Altonavæ Anno 1729- in forma 8va. procasum, pag. 76. (quem librum uti & alios rariores nobiscum humanissime, ut solet, communicavit Clariss. & Doctissimus Vir, Michael Institoris Mossoczy, MSS. antiquorum. & LL. riorum, præsertim ad res Slaviae illustrandas pertinentium, sedulus conservator. *) Claris. item Clementis Grubisichii *Disquisitionem in originem, & historiam alphabeti Slavonici Glagolitici, vulgo Hyeronimiani*, Venetiis An. 1766. in 8. Typis J. B. Pasquali excusam, nec non oppositam ei a Pastritio *Dissertationem*. Vide etiam, si lubet, Clar. P. Adausti Voigt Cler. Reg. Schol. Piar. in Univ. Vindob. Histor. Univ. Profes. P. O. Beschreibung der bisher bekannten böhmischen Münzen. I. Band. & Leibnicii *Dissertationem Philologicam de variis linquis*. Hæc Dissertation cum aliis in simili fere arguento versantibus doctissimorum eo tempore, ac celeberrimorum virorum Dissertationibus reperitur in Chamber Laynii clarissimi Angli, *Collectione Orationum Dominicarum variis linquis scriptarum*.

Lite-

*) Ita Author novissimæ nobis præscriptæ Orthographiz Slavonicæ.

Literas Cyrillicas, earum nomina, & significationem proponit nobis inter alios Andreas Jambrisch ad calcem Croatici Lexici sui, Zagrabiæ An. 1742- editi, & F. Fortunatus Durich Ord. Minimorum S. Franc. de Paula in *Dissertatione de Slavo-Bogemica S. Codicis versione*, Pragæ literis Joannæ viduæ Pruschianæ, Factore Philippo Nikess, An. 1777. §. 4.— Utriusque vero characteris, Cyrillici nimirum & Glagolitici figuræ majusculas, & currentes, nomina, potestatem, notas numericas, & Orthographiam, exempla quoque utriusque Scripturæ in Oratione Dominica, literis incisis dedit primis 28. paginis Adamus Bohorizh operis sui oppido rassisimi sub titulo : *Arctica borula succisse de Latino Carniolana Literatura ad Latinæ linguae analogiam accomodata* —. Omnium autem accuratissime hæc bina Slavonicae lingue alphabeta descripsit, judice Kohlio, Clar. & Doctis. Vir Gymnasi Berolinensis Rector Joh. Leonh. Frischius in *Origine Characteris Slavonici vulgo dicti Cyrillici*. Berolini. Ad hanc etiam totum ejusdem *Schediasma primum lingua Slavonica ab historiam exponens.*

b.) De origine, & vetustate Slavonicae Gentis plena sunt apud Scriptores omnia. — P. Martinus Szentiványi in Cur. Miscell. Dec. 2. Dissert. Horogr. 4. ut putamus, Joannem Heroldum secutus, Slavorum Parentem Semum fuisse opinatur, ex cuius progenie *Banno*, primus incola Pannoniz, descendit, & Provincias etiam nomen dedit — Ii, qui Bohemorum, &

R

Po.

Polonorum Annales conscriperunt, Slavorum genus ab ipso usque Japheto, seu Japeto, filio Noe, deducunt, uti: Dluheffus Chronologus *Polonicus*, electus quondam Archi-Episcopus Leopoliensis, & filiorum Casimiri Poloniæ Regis Præceptor; Venc. Hagecius, Pribecus, & Cosmas Decanus, *Bobemi*: Joan. Moerignola Archi-Episcopus Florentinus, Philippus Calimachus, *Itali*. Alii Appianum Alexandrinum, Græcum historicum in *Hift. Rom. lib. de bellis Illyricis* fecuti, Slavos ab *Illyrio Cyclopi*. ac Galatææ Poliphemo; nec non *Pæono* (Lat. Pannonio) descendisse putant. Alii a *Plutone*, & *Napi*: alii denique ab *Agathbirso*, atque *Gelono* eisdem derivant. — Sed doctissimorum quorumvis, ac gravissimorum virorum sententia est, *Henetos*, gentem Paphlagoniæ, & cujus antiquissimus scriptorum *Homerus* meminit, Slavorum parentes exstitisse; qua de re vide Philippum Melanchtonem *Libro epistolarum ad Joachimum Camerarium*, pag. 501. Aventinum L. I. C. 4 §. 5. pag. 10. edition. Gundlingianæ Schurtzfleischium *Disertat. de rebus Slavicis*, quæ est in Volumine I. Disputationum numero XX. pag. 10. Ekhardum de *rebus Franc.* L. VIII. C. II. — Balbinum in *Miscel.* L. II. C. 23. Dec. I. Mathiam a Sudetis de *Orig Bob.* &c. Plura de origine, & vetustate, varia item fortuna Slavorum scire volentibus, dabunt: Procopius Cæsariensis in *L. Belli Gott.* Dion Cass. in *Hift. Rom.* Diocleas *L. de Slav. Regno.* Laonicus Chalcocondilas Græcus scriptor de *reb.*

Turc;

Turc. edit. Paris. Ptolomæus in *Geogr.* Jornandes de *reb.* Get. Lomonossowius in *alten russischen Geschichten.* — Joan. Helmoldus Presb. Bosouiensis, qui vixit circa An. 1168. & ejus commentatores Reineccius, ac Bangertus. Albertus Cranczius in *Vandal.* Hermanus Schminckius in *Goldast.* Sztranszky in *Reb. Bob.* Hartknockius in *Dissert. de reb. Pruss.* Althamerus, Rhenanus, Latomus Vadianus, Saxo Grammaticus, Petrus Codicillus, Weleslavinus, Velserus, Reusnerus, Simon Neügebeuer a Cadano, Vapovius, Chyträus, Cuthenus, Boregk, Lupacius-Theobaldus, Calvisius, Lazius, Æneas Sylvius-Dubravius Episcopus Olomucensis in *Hist. Bob.* — Martinus Cromerus Episcopus Varmiensis *de reb. Polon.* Bartholomæus Paproccius in *Diadocho, Rudolphi II. Imp. dedicato,* Joannes Gotofredus Gallicus scriptor in *Prodromo sua Archontologia Cosmicæ.* Grotius in *Hist. Gothica.* D. Conrigius in *Lib. de fin. Imp. Franc.* Pubitska in *Serie Chronologica rerum Slavo-Bob.* Viennæ 1770. Clar. Jos. Sim. Assemanus vir de gente Slavonica optime meritus in *Orig. Slav.* Georg. Papánek Parochus Olaszienensis, Presb. Quinque-Ecclesi. in libro *de Regno. Regibusque Slavorum* An. 1780. Quinque-Ecclesiis typis Joan. Jos. Engel procuso; allique inaumeri tum veteres, tum recentiores, qui Slavorum res gestas scriptis consignarunt —. Qui autem de antiquitate simul, ac gestis; victoriis item, & diversa fortuna, atque susceptis migrationibus Slavorum in compendio legere volet omaia, adeat III. Joh. Chris.

stophori de Jordan, S. R. Majest. Hungariae, & Bohemiæ Consiliarii Bohemico Aulici L. de originibus Slavicis, tum vero & de aliis gentibus ad res Slavicas illustrandas. Tom. II. in fol. An. 1738. Viennæ. De Slavis Hungariae speciatim scripsierunt: M. Jacobus Jacobæus in *Vina Gentis Slav.* delineat. Leutschoviae 1642. — Daniel Sínapius in *Neoforo Latino Slavonico.* ibid. 1678. Job. Piscatoris. in *Dissertatione Wittembergæ habita.*

c.) Gentis, & linquæ Slavicæ amplitudinem multi Scriptores literis consignarunt; in his: Clariss. Assemannus in *Calendariis Ecclesiæ Universæ.* Thomas Bozius Tom. I. de Sign. Eccl. Dei Lib. 4. Sign. 10. L. 5. Sign. 11. L. 7. Sign. 28. Tom. II. L. 22. Sign. 43. Joan. Puchoviensis Bohemus, Archi-Episcopatus Pragensis olim Administrator, & Archi-Diaconus, in *Cosmographia* lingua Bohemica conscripta, & Ferdinandus I. Imp. An. 1554. dedicata. Nicol. Miris olim ad thermas, quas vitreas (*Szeklenenses*) appellant, Parochus, in suo *Curioso de lingua Slavonica Commentariolo.* Ill Petrus de Réva Comes Thurocziensis *Rer. Hung.* Centur. VII. pag. 146. Herbersteinus *Rer. Moscoviticar.* P. I. Brerewodus in libro Anglico in Latinam Linquam postea converso; *de Scrutinio Religionum, & linquarum.* Martinus Quicatcovius de Rozicze in I. *de utilitate linguae Slavonicae,* Regiomont. 1569. in 4. Eduardus Bernhardus doctissimus Anglus in Libro cui titulus est; *Orbis eruditæ Literatura a charactere*

Sa-

Samaritico deducta. Oxonii 1689. in fol G. C. Kirchmayer in *Dissert. de lingua Slavon.* Vitt. 1697. & alii: ac imprimis Cl. & Doctiss. Joh. Leonh. Frischius in *binis suis de Historia linguae Slavonicæ Schediasmatibus*, omnium, si Kohlio credimus, accuratissimus. — — Quamvis autem reliquis facile hanc Lingnam ampliorem esse fateamur, nonnulli tamen præter modum, supraque omnem fidem historicam, eam extendere conantur. Ita Conradus Gesnerus in *Tractatu de differentia Linguarum* pag. 54, sexaginta, qui hac lingua utuntur, populos enumerat, — Pragæ quoque in templo quodam tabula visitatur, in qua 79. Slavici populi enumerantur; (vide Pantaleon Cradidum.) Brerewqodus ipse amplitudinem ejus exaggerate dicendo extollere altius videtur. — De origine lingue Slavonicæ, & illius cum aliis consensu ingenium exquerunt: Joh. Herbinius, qui ex Hebraico fonte illam derivat in *Religiosis Kiceriensibus Cryptis*. Jenæ, 1675. in 8. editis pag. 169. Abrahamus Frenzelius, qui idem præstare conatus est in *Originibus lingue Sorubicae*, Budissinæ 1693. in 4. — (Confer de eo pag. 112. Acta Liter. Boh. & Morav. Cl. P. Adaucti Voigt.) Eduardus Bernhardus scripsit de convenientia lingue Slavonicæ cum Britannica in *Etymologico Britannico*. Joh. Kohlius in *Dissert. de lingua Slavonicæ fatis, præsertim in Germania*, illiusque cum aliis linguis, præcipue cum Germanica, concantu, rejectis eorum opinionibus, qui vel ex Hebraico fonte eam cum Abrahamo Frenzelio derivant.

rivare, vel Græcæ cognatam esse volunt, ad eorum sententiam accedit, qui plurima vocabula vel cum Germanica lingua, vel cum aliis ex hac ortum habentibus, ut Anglica &c. convenire arbitrantur. In hac Etymologię originaria investigatione posteriores duo Scriptores magis nobis videuntur a vero abesse; et si nemo eorum rem ea, qua par fuit, accuratione pertractarit. Conf. Fort. Durich cit. Diff. & Cl. Joh. David Michaelis disquisit. inscriptam: Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet, die ausgestorbene hebräische Sprache zu verstehen. Göttingen 1757. 8.

d.) Conf. Marq. Freher Palatini Consiliarius in *Scriptis Bohemiae Hannoviae editis*. Paraproce. Diadoch. L. II. Topogr. Reg. Hung. Par. III. C. 3. Et Cl. Asseman. *de Slavicæ linguae literalis in Divinis officiis usu*. Tom. IV. P. II. C. 4.

e.) Vid. Baron- ad An. 880. Acta SS. IX. Martii pag. 22. N 7. Chri stanus in passene, & vita S. Ludmillæ. Epit. Ba libnai L. I. C. 10. Cl. Asseman. *Orig. Slav. Eccl.* Tom. III. P. II. C. I. pag. 178.

f.) Conf. Cl. Gelasius Dobner Colleg. Prag. Schol. Piar. Rector Annal. Hag. P. III. 197. — 199. — De necessitate Linquæ literalis Slavicæ in libris sacris conservandæ egit Clar. Matthæus Caramannus in erudita Dissert. Italicæ conscripta: *Identità della Lingua Literale Slava, e necessità di conservarla ne' Libri sacri*. Existat MSS. dividitur in Capitula CXXXIX. præmissa Epistola ad SS. D. Benedictum XIV. P. O. M. data Romæ 10. Octobr. An. 1753. Vid. laudat. Asseman.

g)

g.) F. Fortunat. Durich in cit. Diff. pag. 23. & 33. Adde *Dissert. Apol.* Bohuslai Balbinii Pragæ editam, §§. 2. 4. &c.

b.) Oleum, & operam Cl. P. Gelas. Dobner P. II. Annal. Hag. pag. 133. inquit se perdidisse, in exquirendo monumento literis Cyrillicis scripto: est tamen Pragæ Codex IV. Evangeliorum literali lingua Slavonica excusus literis Cyrillicis. in folio chartæ, si alborem excipias, ad Hollandicæ elegantiam accedentis, latis marginibus, sine editionis loco, sed non sine Chronologia, eaque Christiana Anni 1575. Goaf. F. Fortun. Durich laudat. *Dissert.* pag. 20.

i.) Conf. Cl. P. Gelas. Dobner Annal. Hag. P. II. pag. 132. — 133.

§ II.

Eadem Cyrillicæ Literæ cum Glagoliticis olim Slavis propriæ, commutatæ sunt deinde cum Germanicis.

Porro Latinarum etiam literarum versuram fecerunt Magnæ Moraviæ sibi k.) conclusi Slavi, sub Georgio Bohemorum Rege; imitati hac in re Germanos, qui characteribus a latinis literis nonnihil dissimilibus, Rudolpho Habsburgico imperante inven-

k.) Vid. *Vetusissimus Magnæ Moraviae situs &c.* quem geographice, historice, critice, descripsit, & vetustis, ac plerumque coœvis monumentis illustravit Georg. Szklenár, Presb. Strig.

AA.

ventis, utebantur. 1.) Unde ejus ætatis Codices MSS. quorum equidem notitia acquireri potest, non nisi commutatis characteribus exaratos videmus. Innocens isthoc eorum, ac ab omni prorsus errore vacuum videri posset factum, si principiis rectæ rationis, & Philologiæ Criticæ in subsidium vocatis, literas superfluas a necessariis rite distinxissent; ast, quia hoc prætermisso, omnes universim Germanorum characteres, eos etiam, qui in Linqua Slavica ratione distincti exprimendi soni supervacanei sunt, assumperunt; ab omni prorsus culpa (absit invidia verbo) immunes censendi non sunt.

§. III.

DE LINQUA SLAVONICA.

De Linquæ Slavonicæ latissime diffuso, & armis, ac migrationibus propagato usu ex vero sentit Centuria VII. pag. 146. Révajus, dum dicit: *linqua Slavica hodie omnium latissime patet; utpote, quæ a Mari Adriatico ad Oceanum usque septentrionalem se extendere videatur: nam ea utuntur Istrii, Dalmatæ, Croatae, Bosnenses, Bobemi, Silesii,* *Lut-*

AA. LL. & Phil. D. in Reg. Poson. Archi-Gymn. Human. Profes. primus. Posonii Typis Joan. Mich. Landerer An. 1784. in 8.

1.) Conf. F. Fortun. Durich cit. Dissert. pag. 39.

Lusatii, Poloni, Lithuani, Pruteni, Scandinaviæ incolæ, & Russi longe lateque imperantes. Bulgari item & multæ aliæ vicinæ regio-
nes Constantinopolim fere usque: adeo, ut toto
orbe terrarum sit linqua Slavica, qua pluri-
mas gentes & nationes alloqui, mutatis tantum
dialectis, ob vicinitatem aliorum populorum, ali-
quid peregrini habentibus, licet; ut, si Lin-
quarum gloria ab usu, familiaritate, & latitu-
dine petenda esset, ipsa Slavonica cum Latina
cæteris palmam eriperet; cuius adminiculo pro-
pe dimidia Europæ pars, nonnulla etiam-Asie
peragrari potest. Hæc ita sunt omnino.

Mart. Szentiv. Cur. Miscell. Dec.
2. Diff. 4. Horogr: postquam has prænū-
meratas gentes, linqua Slavonica loquentes
nominasset addit etiam Pannones, adeo diffusa
est Slavica linqua, ut ius etiam usus inter
Turcas sit, & in aula Turcici Imperatoris in-
ter aulicos summos, familiaris, ac in eo pretio,
in quo est Italica apud nostrates aulæ proceres.
Juvat etiam adfferre, quod ipse Thomas
Bozius de Slavis eorumq[ue] linqua consigna-
vit (Tom. I. L. 5. Sig. II.) veniamus
inquit ad Slavos, quibus olim regiones plurimæ
attribuebantur, atque illæ fere omnes sunt, que
linqua utuntur Slavonica, in quibus Bohemia,
Prussia, Polonia, Russia, & aliæ his confines,
oræ Boreales. Et iterum Tom. eod. L. 4.
Sig. IO. Slavini populi, Romanis ignoti, la-
tissimas olim Regiones, diversis modo nomini-
bus

bus distinctas oblinebant. Præcitatus Szentivanius in memorata Diff. 4. sequentia scribit - Denominationis utriusque (scilicet nationis) Idem est fundamentum, Jazyges enim denominabantur a **Gazik** & Slavi a **Slowo** hoc est verbum, quod nimirum Slavonicum Idioma, & facile pronunciatum est, & elloqui possit, ac ingentem habeat copiam verborum, & nullum magis idioma per orbem diffusum sit. Idem sentio de Jazybus, tractum inter Tibiscum & Danubium incolentibus. Nam & hos ex Jazygum Metanaistarum gentibus fuisse Geographi testantur, & habuisse proprium Idioma, ab Hungarico plane diversum, quod utique aliud non erat, quam Slavonicum —. Nemini dubium esse potest, Vandalos Slavonici generis fuisse. Unde non raro apud scriptores, vandali vocantur Slavi, & vicissim Slavi appellantur Vandali —. Author Topographiæ Reg. Hun. P. 3. C. 3. hoc differto encomio celebrat linquam Slavonicam - haud abs re fuerit, priusquam singula Regni (videlicet Slavoniæ) decora lustremus, amplitudinis Slavonicæ linquæ hic obiter meminisse, utpote, quæ etiam Windica, sive venedica dicta est a vindicis, sive venedis, vulgo **Wéndem** vel **Windem**, qui iidem sunt cum Slavis, uti docet Cluverius, Germ: antiqu: L. 3. C. 46. Tam late autem diffunditur, ut ab Adriatico mari, ad Euxi-

num,

num, inde ad glaciale, ac tandem ad Balthicum mare in multiplices dialectos distincta, 50. amplius nationes faciat, disertas, Quin & in ipsis Turcarum & Moscovitarum Aulis usurpetur.

Tomka Szaszky de particularibus Europæ Nationibus, specifice testatur in sua Introductione in Geogr: hæc sunt ejus Testimonia-Sermo Russicus, ita est linguae Slavonicæ, sicut regio Russica, populi Slavonici, Mater. Poloni, suam originem lingua Slavonica produnt, eorum sermo est Slavonicæ originis, sola dialecto discrepat a Russico & Bohemico sermone, cum quo est ejusdem cognationis. Incolæ Luzatiæ, ex Venedorum & Saxonum, Sileziæ Incolæ ex Polonorum & Germanorum, propagati genere, Sermone ii loquuntur in Luzatia Sorabo-Venedico-Slavonico, in Silezia Polonio. Sermo Slavonicus originis Sarmaticæ pro nationum numero, in Bohemicum, Croaticum, Vindicum, Rascianicum, atque Russicum, distinquitur, quo plurimi loquuntur, Europei. Sermo cum Polonorum, tum Russorum, Regna Galliciæ, Lodomeriæ incolentium, est originis sarmaticæ seu Slavonicæ. Sermo Illyricus, quo Nationes Illyricæ loquuntur, Slavonicus est, pro ratione tamen dialecti, in Dalmaticum, Croaticum, & Serbicum, seu Rascianicum, divisus est.

Ser-

Sermo, quo Turciæ Europeæ accolæ inter se colloquuntur, est quinduplex, Turcicus, Græcus, Valachicus, Tartaricus, Slavonicus, hic Serbiis, Bosniis, atque Bulgaris familiaris est. Incolæ Bosniæ & Serviæ, Slavonico orti genere, non tam sermone, moribus, ac institutis, quam nomine, in Serbios, Bosnios, & Rascianos, ætate media, cæperunt distinqui, sermo omnibus est Slavonicus, quem Illyricum vocant, isque cognitionis Russicæ. Incolæ Valachiæ & Moldaviæ, Italico genere orti, & cum Slaviniis atque Paczinacitis consociati, in unam coaluerunt gentem, & linquam Valachicam. (* Sermo Tartarorum in Tartaria Europea est Scythicus, at cum Slavonico quoad vocabula in plerisque ditionibus commixtus. Incolæ Bulgariæ, Bulgaris sarmatarum propagati, loquuntur Sermone Slavonico, qui a Serbico sola pronuntiatione, quodammodo, discrepat. Incolæ Romaniæ, sunt Græci, antiquo Thracum, atque Græcorum genere orti. Idem T. Szafszky, & cum illo etiam Severini (P II. Specialis prioris C. I. §. XIII. Enumerans primitivas Europæorum populorum linquas, ajit) *Slavonicam linquam omnium aliarum in Europa linquarum esse amplissimam.*

Hen-

*). Vide Folio 197.

Henricus Seifried in sua *Poliologia Europea* Anno 1728. Norimbergæ edita, linquas in Europa usitatas sequenti modo distinquit- In Europa sunt quatuor capitales - seu - Matrices linquæ. *Slavonica*, *Germanica*, *Latina*, *Græca*. *Slavonica* lingua est in usu in Bohemia, in Moravia, Polonia, Moscovia Russica, in Croatia, Dalmatia, in Slavonia, & (quod fortasse sine invidia aliquorum adjungo) fere per totam Hungariam, idque ob multas hoc ævo succedentes Bohemici, Moravici, ac Slavici populi transmigrations, in diversas, cis- & trans-danubianæ inferioris Hungariæ, partes. *Germanica* lingua est in usu, in Germania, in Anglia, Scotia, Hibernia, Dania, Svecia, & etiam in Norvegia. *Latina* loquuntur Itali, Hispani, etiam Galli. *Græca* lingua erat olim in quator Dialectos subdivisa, nempe in Atticam, Ionicam, Doricam, & Colicam.

Præter has quatuor capitales memoratas, inveniuntur & aliæ septem linquæ in Europa, licet non ita late diffusæ, uti priores. Nempe: Albanica. Cozacica. Hungarica. *) Fionica. Hibernica. Bretonica.

Ba-

*) In compendio Hungariæ Geogr. ad Exemplar Mathiæ Bél, P. I. Memb. II. Nominantur Populi, cum quorum sermone dicitur habere aliquam cognationem lingua Hungarica.

Bascica. Cozacica convenit cum illa linqua, est in usu in Tartaria minori. Fionica est in usu in Fonia & in Laponia. Bretonica viget in Angliæ Provincia, Galles dicta, etiam in Galliæ Regione, Bretagne, nominata.

§. IV.

Sed etsi aliunde, quam ab usu, familiaritate, & latitudine gloria linquarum petatur, habent, quod glorientur Slavi, sive de copia, sive de elegantia, sive de majestate linquæ suæ. Enimvero copia nominum & verborum tanta illi inest, ut nulli linquæ, ne Græcæ quidem, cedere cogatur: elegantia autem dictionis, ita præstat, ut omnium Europæ linquarum decora non æmulari modo, sed vincere etiam unica Slavonica possit. Neque enim, verba sunt celebris Mathiæ Belii, si quid ex vero judicare poterimus, Hispanicæ gravitate majestateque; blandicie, ac facilitate Gallicæ; Anglicæ sublimitate, efficacitateque; Germanicæ sensus & emphaseos ubertate; lenitatem, ac suavitatem Italicæ; denique Hungaricæ nostræ imperiosa illa severitate quidquam concedit: ita absolutarum est qualitatum, si viri ea utantur docti, eloquentes, & ad societatem *) nati efformatique.

§. V.

*) Ad societatem literatam Slavonicam.

§. V.

Etsi vero magna hæc esse nemo diffiteatur, illud tamen ad decus & ornamen-tum, conciliandamque linquæ *Slavicæ* æ-stimationem maximum esse puto, quod ea ad tollenda quoque de vero & genuino sensu, ordine & numero, capitibus, item textibus Librorum Sacrorum dubia, præ-fertim dum res est cum adversariis agen-da, non parum adferat adjumenti; cum in ea plurimi dentur Scripturæ Sacræ, æta-tem typographicam superantes, Codices manuscripti. m.) Atque hinc evenisse mi-hi

m.) Codices LI. SS. Slavonicos recenset Jacobus Lelong in *Bibliotheca Sacra*, Paris. 1723, T. II. in fol. Joan. Petr Kohl in *Introductione in Hi-storyam & rem litterariam Slavorum*, Altonavie, 1729, in 8vo. F. Fortunatus Durich in *Dissert. de Slave-Bohemica Sacri Codicis versione*. Praga 1777, & alii. Quibus adde Codicem Slavo-Bo-hemicum N. T. in forti charta scriptum, pri-mis literis librorum auro & vario colore exara-tis, qui in Bibliotheca Seminarii Generalis Cle-ri Regni Hungariae Posoniensis extat, ac Anno rep. sal. 1469. in Vigilia S. Jacobi per quemdam Wenceslaum, apud S. Adalbertum Scholaisticum Magistrum, absolutus est. Dolendum; quod Co-dex hic, primo capite Marci & quinque primis capitibus Matthæi elaceratis ac deperditis, man-cus

hi persvasum habeo, quod Clariss. Michaelis, celeberrimus apud Protestantes Scripturæ Sacræ, præsertim V. T. interpres, in der Einleitung in die Schriften des neuen Bundes, §. 88. de Slavicis versionibus inscripto, Slavicæ versionis non tantum

cus, nec non a tineis aliquibus in locis corrossus, noviter non describatur. Petrus Reva, Rer. Hun. Cent. 7. scribit, Slavorum genus ab ipso usque Japheto, Noe filio repetunt ii, qui Polonorum & Bohemorum Annales conscripserunt. Ex hac gente Divus Hieronymus prognatus fuit, & popularibus, ivetus, novumque Testamentum sermone vernaculo interpretatus est Gratiano & Theodosio Imperatoribus, Joan. Tomka Sz: in Introduc: in Geogr: scribens de Franciæ Urbe Remi. Id maxime memorandum in hac Urbe, inuit, quod liber Evangeliorum, cui Rex dum jurat, digitos inponit. Slavica linqua conscriptus hic adseretur. Topogr: Re. Hun: P. 3. C. 3, pro encomio linquæ Slavonicæ his continuat - maximus autem hunc linquæ Slavonicæ accessit, a temporibus D. D. Cyrilli & Methodii Slavoniæ Apostolorum, dum Romanæ sedis oraculo quasi consecrata, adhiberi cæpta est in S. S. Missæ sacrificiis, non secus ac Latina, & Græca: quod ipsum deinde a variis Pontificibus, in primis Nicolao I, Hadriano II, Joanne VIII. & Clemente VI. probatum, confirmatumque est, uti suis locis testantur Baronius, Balbi-

tum studium commendet, verum etiam doleat illius linguae condiscendae opportunam occasionem in juvenili aetate a se intermissam fuisse. Mira sane linguae Slavonicae extra Slavoniam commendatio ! quia, quid excellentius, quid ad Slavicæ lingue celebritatem illustrius cogitari, quo majori lingua Slavonica potuit condecorari monumento ?

S

§. VI.

binue, & alii, vigetque hodie dum in Dalmatia, nonnullisque aliis Slavonicarum gentium regionibus. An. 1353. Datus est diversus a Moguntino (Qui semper fuit Germanus, & Slavonicæ lingue ignarus) Bohemis Archiepiscopus, qui e Bohemia Clero, & Slavonica pollere factudias populiæ subjecti audire postulata, & reddere, fine interprete responsa possit. Unde, vigente illo tempore Poesi, prodivit sequens - Slavica Gens gaude, nulli, pietate secunda, natio par non est, Religione tibi.

Inter Cenobia a Carolo IV. condita est illud, quod in Urbe Pragensi pro suo erga Slavicam nationem amore exstruxit, Anno 1547, Dedicavit hoc, honori D. Hieronymi Dalmatæ, ac proxim ejusdem cum Slavis originis, obtinuit autem a Clemente VI. Pontifice, & constituit, ut in illo officia, seu Divina omnia, Slavonico sermone peragerentur, Psalmodia, seu horæ canonice, cæremoniae, sacrificium. Collocati in eo ordinis D. Benedicti cenobitæ. Cenobium successu temporis Emaus dictum repperitur. Uti refert Balbius Epit. Lib. 9. Cap. at. pag. 359. & seqvæ.

§. VI.

Taceo jam propensum Romanorum Pontificum, Nicolai I. præsertim & Joannis VIII. in hanc linquam studium, qui ea ipsas Missas, Canonicasque horas n.) cele.

n.) Missale Slavo - Latinum typis omnium prima vice prodiit Venetiis, a 1528. in 4to, opera F. Pauli de Modrussa Ord. Min. Conven. per Franciscum Bindoni & Mafeum Pasyni. Breviarium autem itidem Slavo - Latinum ibidem An. 1561. opera Nicolai Brozich. Romæ in Bibliotheca Collegii Urbani extant Ritus Slavo - Latini duo *Breviaria*, & tria *Missalia* MSS. Breviarium a 1387. II. exacto Anno 1289. est conscriptum, Missale I. exaratum videtur a 1387, II. 1435. III. 1402. De reliquis confer Assemannum Tom. IV. Ritualia autem quod attinet, præter ea, quorum meminuit Assemannus, extat in Bibliotheca Pragensi Codex Slavonicus, Venetiis 1626. 4ta Maji editus, hac inscriptione insignitus: *Epiſtolæ i Evangelia &c. excusus charactere Latino*, in quo ritus præterea Sacri juxta Missale Romanum continentur. Missalis Ritus Slavo - Græci recentissima simul & emendatissima est editio ea, quam Anno 1741. Clar. vir Matthæus Caramanus Archiepiscopus Jaderæ adornavit, qui simul Catalogum Librorum Slavo - Græci Ritus Assemanno dedit, quem Fr. Fort. Durich cit. *Dissert.* pag. 18. refert.

celebrandi plenam fecerunt potestatem; ut quæ linqua cum Latina, Græca, & Hebræa existeret aliarum linquarum mater, simul cum illis in Religionis admitteretur societatem. Non commemoro amplius Caroli IV. Imperatoris conatus, linquam Slavicam ad maximam, quam posset, evendendi celebritatem etiam in vita civili cupientis, quando id in *Bulla Aurea*, quæ hucdum Romani Imperii lex est fundamentalis, sancivit, ut Septemviri, seu Electores omnes ac singuli Slavice & loqui & scribere scirent. o.)

§. VII.

Cave autem existimes Benevole Lectori! nuper demum, aut levi aliquo negotio has perfectiones linquæ Slavicæ conciliatas esse: inde ab antiquis temporibus, multis virorum ex natione Slavica eru-

S 2 di-

o) Plura de Gloria Slavicæ linquæ dabunt: F. Angelus Rocca in libro Romæ impresso, cui titulus: *Bibliotheca Vaticana*. Martinus Quiatcovius de Rozicze in libro *de utilitate linquæ Slavonicae*, Regiom. 1569. in 4to. Genebrardus Doctor Paris. Lib. 1. Cornelius a Lapide in Cap. 11. Genesis pag. 239. Balbinus Epit. L. 1. Miscell. L. III. Raynaudus Tomo XI. in fine. Similes laudes lege in præfat. ad Gramm. Rosa & Pauli Doleschal, in Pessina, & in aliis.

ditorum, Bohemorum imprimis, Poloniorum, & Russorum, vigiliis & laboribus crevit simul linguae decus.

§. VIII.

Bohemorum, ab Anno maxime 1533. in lingua Slavica excolenda studium notius est, quam ut mea egeat commendatione. Quis enim nescit, nullum esse, sive sacræ, sive profanæ eruditionis genus, quod illi lingua sua patria non pertractassent? His fere pares erant in studio linguae Slavicæ *Poloni*, uti id innumerosum scriptorum, sacrorum &que ac profanorum, facta cum cura variis in locis elucubratio satis superque docet.

§. IX.

Russos autem quod adtinet, ex quo potentissimus, summaque decorum fama celebratus *Princeps Michaelovizius* sapientissimo sane consilio artem typographicam cum cineribus quasi collapsam exeunte seculo superiore apud eos erexit ac instauravit, tam erant in sua lingua etiam atque etiam percolenda indefessi, ut non exiguis sane pro illorum temporum conditione librorum numeris, ecclesiastici plerumque argumenti, ex Moscuenis officinis, ejus auspiciis prodiret. Præter ceteros Ecclesiaz libros, omnes propemodum,

dum, qui ab Ecclesia Ruthena recepti sunt, Doctores Græci, totus *Chrisostomus* aliquot in folio sat spissis voluminibus constans, *Basilius* item *Magnus* (Slavonice *Bazil Weliki* dictus,) *Isaacus Syrus*, *Joanes Climacus* (Lestwicæ Slavonice dictus,) *Ephrem Syrus*, aliisque in folio plerumque editi, meroque Slavonico sermone scripti tum temporis prodiere. (Vide *Bergium Libro de Ecclesia Ruthena*) Immo, qui usque ad *Petri I. Magni* tempora sacri æque ac profani libri prodierunt in lucem, omnes eodem idiomate puro scripti dicuntur; paucis tantum exceptis apud Frischium capite V. *Hist. Slav. continua*: nimirum *Uloz'enie*, seu *Corpore Juris Russici*, & operibus Theologicis Simonis Polotski. Sed maxime ornatur atque excollitur linqua hæc a *Libera Societate Russica Moscuensi*, Anno 1771. Philologizæ Russicæ causa, ad exemplum credo Italorum & Gallorum, instituta; quorum illi Academiam della *Crusca*, isti autem *Academie Françoise* Præside cœleberrimo viro Richelio ex præstantissimis delicatissimisque ingeniiis instituerunt, quorum ex arbitrio prefigerentur vocabula, quæ senescerunt, & nova, quæ præcedisset usus, in honore haberentur.

§. X.

Croatæ quoque & Dalmatæ, ac alii Slavicæ nationis populi eosque ad minimum in studio linquæ Slavonicæ sunt progressi, ut sint libris usui sive sacro sive profano necessariis, puta : Grammatica, Dictionario, Scriptura Sacra, & nonnullis Orationum Sacrarum exemplis, dialeto sua vernacula elucubratis, provisi. Soli Pannonii Slavi, ex causis forte alibi allatis, p.) adeo inertes fuere, ut huicdum in

P) In Præfat. ad *Dissert. Philo. Crit. de Lit. Slav.* &c. pag. IV. Fuit hoc plurimorum adhuc linguae Slavonicæ in Hungaria Cultorum ardens, & in primis laudabile desiderium, ut in tanta copia versatissimorum in omnibus doctrinis Virorum reperiretur unus aliquis, qui sepositis tantisper gravioribus, & doctioribus curis, ad Orthographiam, & Pronunciationem Pannonio-Slavam excolendam, & ab erroribus, ex pronunciatione, & Orthographia Bohemica in nostram linguam derivatis, repurgandam, animos, & doctas curas accomodaret. Verum enimvero in cassum ardentia hæc, juxta & æquissima ceciderunt vota. Alios animus, & patientia laboris defecit; alios viae nondum tritæ asperitas ab inchoando, & suscipiendo labore avocavit. nonullas livor & obtrectatio infectorum quorundam hominum, quibus cum vivendum est, absterruit; multis ne-

go-

in culturam dialecti Slavicæ , sibi solis propriæ , nihil omnino in publicum profferent: licet , ut alia tacitus præteream, inter omnes , quæ existunt , Slavicas dialectos , in idiotismo & elegantia nativa, Matri Linquæ proximior fit ; nostra Hungaro - Slavica dialectus , non meo , quod forte aliquibus studio partium adfectum videri posset , sed virorum omni exceptione majorum judicio. Quod videre potes superiori Capite II. & V. Qui plura de omnibus Slavicis nationibus legere cupit , adeat universalis Historiæ Partem 52. novissime hoc Anno a litterata societate germanica Halle editam sub sequenti Titulo Der allgemeinen Welthistorien 52. Theil, oder Geschichte aller Wendisch - Schlawischen Staaten , zweyter Band. Verfasst von E. J. Gebhardi 4^{to} Majori. In Gebauerschen Buchhandlung , zu Halle.

POST-

gotia publica impedimentum posuerunt. Alii, quos bene multos esse compertum est , omnibus his insuper habitis, adjunixerunt quidem animos ad excolendam linquam Slavonicam ; præcepti- nibus etiam , & institutionibus , ejus expoliendæ causa, plus vice simplici editis, eandem locupletarunt, sic nihilominus hæc præceptis e fontibus linquæ Bohemicæ haustis impleverunt, ut Bohe- morum magis , quam Pannoniorum Slavorum usi- bus accommodata essent,

POSTREMUS §.

DE POSTREMA IN EUROPA NATIONE ZINGARICA.

Quæ Zingarorum ? & eorum linguae, Origio ? Aventinus respondet (Ann. Boj. Lib. 7.) Furacissimum illud genus hominum, colluvies atque sentina variarum gentium, quæ in confinio Imperii Turcarum atque Hungariae habitant (Zigenos appellamus), Rege Zinkelone nostras peragrare, cæpere Regiones, furto, rapina, divinationibus, impune prorsus victimum quaerit. Ex Ægypto se esse mentiuntur, extorresque Domo, a superis cogi se, Majorum delicta, qui Deiparam Virginem cum pueru JESU, hospitio excipere recusaverint, septem annorum exilio expiare, impudentissime configunt — Sebastianus Munsterus Cosmogr. Lib. 3. Prolixius, & forte etiam clarus de hacce colluvie, sequentia habet-cum ageretur Annus post Christum Natum M. CCCC. XVII. Primum per Germaniam apparere cæperunt homines nigredine deformes, excocti sole, immundi ueste, usu rerum omnium fædi, furcis imprimis intenti, præsertim fæminæ illius gentis, nam viris, ex furto fæmina-

rum,

rum, victus est. Tartaros, aut gentiles, vulgus vocat, in Italia Cianos appellant. Ducem, comites milites inter se honorant, veste præstantem: Canes venaticos pro more nobilitatis alunt; sed ubi venentur, nisi furtim, non habent. Equos sæpe mutant, major tamen Pars pedibus graditur. Fæminæ cum strato & parvulis, jumento inveniuntur. Litteras circumferunt, Sigismundi Regis, & aliquorum Princepum, ut transitus illis per Urbes & Provincias incolumis permitatur, innoxiusque. Ferunt ipse ex injuncta sibi pænitentia, mundum peregrinantes, atque ex minore Ægypto primum emigrasse. Sed Fabellæ sunt. Hominum genus, quod usu compertum est, in peregrinatione natum, otio deditum, nullam agnoscens Patriam, ita circuit Provincias, furto (ut diximus) fæminarum vicitans, canino ritu degit, nulla Religionis cura, etiam si inter christianos, parvulos suos baptizari curet, in diem vivit. Ex Provincia demigrat in Provinciam: per aliquod annorum intervalla redit, sed multas in Partes scandit, ut non iidem in eundem facile redeant, nisi per longa intervalla, locum. Recipiunt passim & viros & fæmina's, volentes in cunctis provinciis, qui se illorum miscent contubernio. Colluvies hominum mirabilis, omnium perita linquarum, rusticæ plebi gravis imminens, ubi foris illa

la.

laborat in agris, hi spoliis invigilant gazarum, anus eorum chiromantiæ, & divinationi intendunt: atque interim quærentibus dant responsa, quod pueros, maritos, aut uxores fint habituri, miro astu & agilitate crumenas quærentium rimantur, & evacuant.

De literis porro Sigismundi Cæsaris & Hungariæ Regis hæc reffert idem Munsterus. Sunt anni plus, minusque viginti sex, ab hoc tempore, quando ego Munsterus ista scribo, quod Heidelbergæ agens istius gentis primoribus me adjungens, vix extorsi literas quasdam, quas gloriabantur se habere ab Imperatoribus: at illæ mihi ostensæ erant. Vidimus quoddam quod ajunt, Lindojae a Sigismundo Imperatore impetratum, in quo mentio fiebat, quomodo Majores eorum in Minori Ægypto olim ad aliquos annos abjecto christianismo, ad gentilitatis errorem relapsi fuissent, & refipiscentibus pænitentia injuncta, quod tot annis, singulis eorum familiis aliquot, per orbem peregre proficerentur, diluerentque in exilio perfidiæ suæ crimen. Sed jam dudum evanuit tempus, hujuscæ suæ peregrinatio-
nis, & tamen colluvies illa, non cessat circumvagari, furari, mentiri, augurari, divinari.

Al-

Albertus Cranzius Sax. L. II. C. 2.
 hæc de illis refert, Quamquam autem hæc
 Mercurii furax propago, fontem natalium
 suorum in Ægypto ostendere contendat,
 tamen idem nullo argumento evincit. At-
 que hæc ratio est, quod etiam varii varie
 de Zingarorum origine sentiant. Scili-
 cet & Affyrios arbitratur Polydorus Vir-
 gilius, Uxios & ex Perzia effusos Rapha-
 el Volaterranus, Galli, cum Belgis nun-
 cupant œgyptios, Cianos, vel Cingaros
 Itali, & cum his nostri Hungari & Slavi,
 tertia ab initio Nominis litera, in tertiam
 a fine, mutata, quibus alludunt & His-
 pani, quamvis diversa dialecto Gitanos
 nominent, a germanis demum appellantur
 universim Zigeñeri, & ut addit Sponda-
 nus Ann : C. 1417. N. 14. Heidem, sunt
 que ait idem Auctor, qui Nubianos vo-
 cent, quasi item ex Africa advenirent. Si
 tandem Cingalos dicas, assentiris Pierio
 Valeriano Lib. 25. Hierog: qui a cinglo,
 avium pauperrima vocatos putat, eo quod
 tergore suos lares more testudinis circum-
 ferant, sintque ut proverbii figura loqui-
 mur, Cinclo pauperiores.

Bergomense supplementum chronica-
 rum, mihi videtur probabiliorem sententi-
 am adferre de origine hujus fædæ gentis,
 Lib. IV. Chaldea, Asia Regio est, Ara-
 biæ

bis contermina, longe plana, sed fontium quammaxime indigua, in qua Babylon, maxima civitas, Regni caput erat, ex hac namque Regione Zingari populi exierunt, qui tempestate nostra, cum liberis & uxoribus omnem pene pervagantur Europam, qui cum fures suptilissimi sint, in oppidis permanere nisi tres tantum dies permittuntur. Hos Veneti nostri ab omni suo excluserunt Regno, tum maxime Propter furta, tum etiam propter explorationes, quibus suspecti habentur. Scriptum est testimonium istud de Zingaris Anno 1486. In civitate Bergomenst. Ibidem, tanquam in una ex praecipuis Italicis Bibliothecis approbatum. Veneciis autem, cum integro praeclarato opere, Jacobi Philippi Bergomensis, ordinis Augustinianorum, impressum Anno 1490.

Tomka Szafszky, De Zingaris Hungariam inhabitantibus haec scribit - Hos alii ex Asia, alii ex Africa deducunt, hi ut a vagabivendi ratione, ad cultiorem ducantur, omni diligentia elaboratur. Ad secundam initio §. positam interrogationem Respondebat T. Szafszky, sermo Zingaricus quo Cziganorum confabulatur colluvies, ex Valachorum, Slavorum, Hungarorum, aliarumque nationum depravatis coaluit vocabulis. Utinam esset, qui & hunc regulis constringeret, profecto indignus est sperni. Senti-

men-

mentum a prænominato Autore de Zingaris Transilvaniæ, potius suppressendum, quam scribendum arbitror, malo esse Hungarorum & Transilvaniæ & Hungariæ, defensor, (nam idem Author, utrisque his eandem originem & indolem assignat) quam ut ex Szafszkyano, de Transilvaniæ Zingaris, sentimento, vel etiam aliquatenus indirecte inferri possit, quæ sunt eadem unitio, sunt eadem inter se.

Compendium Hungariæ Geographicum ad Exemplar Matthiæ Bel. Ad præmissam primam interrogationem respondet de Zingaris Hungariæ sequentibus. Ante Annum 1418. Hungaris ignoti fuisse dicuntur Zingari (de quibus Nicol: Istvanfi in hist H. L. §. p. 73.) Ab hoc Anno Zingarorum, (Cziganorum) ingens erat antea in Hungaria multitudo. Genus hoc hominum incertæ originis, vagum, incultum, otiosum, furtis ita primis asvetum, nullas fixas sedes habens. Augusta Regina M. Theresia, & Ordines Regni, ad culturam agrorum & opificiorum, adstringere intendunt, dominalique potestati subjecerunt. Venturum est proxime tempus, quo, ex inutili genere hominum, Hungaria, opifices, colonos, & inquilinos industrios est habitura, nomenque Zingaricum interiturum. Plurimi inter eos Musicam, & fabrilem artem (in terra sedendo) tractant.

tant. Idem Compendium — Ad secundam, primo loco §. Quæstionem, sequentibus respondet - linqua Zingarica, ex Valachica, Slavica, ex Hungarica, & aliis linquis, conflata esse creditur.

APPENDIX IV.

Non est Author, quem ego ridiculum facere, si velim, nequeam. Si propter aberrationes nonnullas, historicus aliquis explodi, repudiarique penitus debeat, omnis historia profana finem brevi habebit. Ita Cl: Stephanus Katona AA. LL. & Ph. D. Presbyter Strigon. in Universitate Hungarica Tyrnaviæ & Budæ quondam Historiarum Professor, in Praefatione ante Examen Vetusissimi Magnæ Moraviæ sitūs, editum contra Szkle-nár.

Sequitur responsum A. R. ac Cl. D. Szkle-nár. Fide iuncta scriptorum verba referimus, nec integrum esse arbitramur, lecto-gibus inponere, ille — — constituit vades suorum verborum scriptores coævos qui-dem & gravissimos, sed — — Homines sumus, nihil humani alienum a nobis existimemus, oportet. Et certe fas est, opere præsertim in longo, somnum obrepere. I-

ta-

taque si præclari etiam scriptores in aliquos errores incurant, mirandum plane non est *) Permiscuit his omnibus singularem, & sibi pecculiarem, alienarum Nationum intolerantiam, & promicans in omnibus fere paginis, in Slavicas gentes odium. Hoc quidem ejus odium, scio, omnes cordatos viros in posterioribus suis habituros curis, — Quis non rideat illud, quod se contra potentiam Slavicæ gentis calamum strinxisse glorietur (*Pagina Examinis 161.*)

Atqui hac ipsa re perniciosum se Patriæ nostræ civem probavit. Enim vero *uniuersitatem*, *uniuersitatem moris Regnum imbecille & fragile*, esse dicebat Divus Stephanus ad filium Emericum, ex eo colligebat, ad firmitudinem Regni Hungariae plurimum facere diversitatem Nationum. Hoc principio idem Stephanus nixus, ex diversis Nationibus Hungarianam Civitatem confociavit, & Majorum suorum, Arpadi, præcipue Geyzæ, (quorum in alienigenas singularis benevolentia illustria extant documenta,) vestigiis

*) Memineris meæ amicæ Allocutionis, & penultimi §. in Præmio Papanekiano. Sis ex illis de literaria Republica bene meritis viris. quibus Titon ex meliori luto *Præcordia finxit*, agnosce, quandoque etiam bñnum (meliorem Seniorem) demittare Homerum.

giis insistens, suam feliciter, gubernavit Monarchiam. Hoc ex principio Bela IV. exhausta cædibus tartaricis Hungaria, cum ex Dalmatia redux, vacuo in throno residere non posset, nova ex vicinis supplementa conscripsit, & ex diversis, præcipue tamen Slavicis Nationibus civitatem rursum informavit Hungaricam, quod si, ut sapientibus videtur, iisdem principiis, quibus institutæ sunt, etiam optime res conservantur, qui odio nationum alienarum laborat in Hungaria, discidium hujus civitatis quærerit, ac, quod juxta est, tendit in ruinam eorum fundamentorum, quibus Civitas Hungarica stat, firmaturque, non potest proinde non esse perniciosus Patriæ civis. *) Ita Szklenár in *Præfatione ante suum Hypercriticon examinis vetustissimi Magnæ Moraviæ sitūs, contra Stephanum Katona.* Legi merentur hæc duo præcitata opposita opulcula.

AD ZOILUM.

Zoile, tu dicas, mihi displicet iste libellus?
Sed quis miretur, te quoque nemo probat.

F I N I S.

*) Vide superius in Capite XI. Folio 119. quando Slavi jura Hungariz accepere &c.



Pagina.	Linea.	Erratum.	Lege
8	28	Momentis	Monumentis
9	30	Qvæstlonem	Qvæstionem
12	4	agente	a gente
17	20	tit	et
18	4	pñuspue	pinusque
20	30	uspue	usque
23	24	Saccis	Sacris
24	10	densissimo	densissimis
—	—	Ozechi	Csechi
37	25	Daciam Thraciam (Romaniam)	
39	7	accipimñs	accipimus
51	3	Pololoni	Poloni
56	17	allii	alii
57	1	vocatur	vocantur
69	2	Huutvar	Huntvár
145	4	Detriemensa	detrimenta
154	11	Engliscalcum	Engilscalcum
159	14	Edjutrlx	adjutrix.
163	20	Appulsit	Appulit,
175	17	Huibus	quibus
188	13	Illius	Illis
189	14	Toius	totius
189	18	alis	aliis
203	7	aebidéront	addiderunt
208	25	Allisque	aliisque
		T	

Pagina.	Linéa.	Erratum.
221	27	Multius
223	2	pro bopro
246	16	Azmerum
256	10	Procafum

Lege

multis
probo pro
Numerum
Procusam

Alia minora Errata, quæ ob acceleratum typum evenérunt, per conjunctionem, vel separationem, aut inversionem literæ, vel ob in debite impressas interpunctiones (uti Folio 22) attentus lector ex sensu corriget.



X Auf ich trif' windstet, ohne ein nurthls. 'Du
Füg' uns fröhliche Freuden widerum! 2.
Die Abendtage gehen - ja Du fühlst mich
nun glücklich wunderbar denn geführt.

1830. - 15. Augs. Jean de Stintzing
Ankunft?

Tin wußt mir sehr meine Lieder du braue,?
Gefehlt bin zu mir nun braue ich dir
zu wünschen sie nicht freut und freie
Kunst folgt von Ihnen tüchtigster Art
Bräude wird befürchtet.

1830. - 16
8 . J. A.

B.M. 1964



